*liendi ritu, in Straumsfiordo per tertiam hyemem*  
*& nuptiâ mansione, nativitate Snorrii ejus filii,*  
*captivitate duorum Skralingorum,*  
*Biarnii Grimolfini periculosâ naviga-*  
*Vinlandia tione in oceano Hibernico, & ejus ad-*  
*sociorum, versus Islandum quendam in summo*  
*& Thorvaldi vita discrimine integritate, reditu*  
*Karls.*

*Karlsefni in Islandiam, ejusque progenie. P. 61.*

Cap. XV.


*Adami Bremensis relatio de Vinlandiâ, his coherens, sed in situ magnâ hallucinatio, quam Olaus Rudbeccius ad Finlandiam haut feliciter retulit, relatio de situ Irlandiæ magnæ, Arioque Islando, & pice Grönlandorum. P. 66.*

Cap. XVI.

*De Jone Episcopo Saxonico, & Erico Grönlandiæ antistite in Vinlandiam profectis, ut & de Gudleifo Gunnlaugi filio. P. 70.*

Cap. XVII.

*De prodigiis Frodarensibus. Pag. 76,*



Cap.



CAP. I.

De detectæ primum Vinlandiæ, ejusque deinceps inventæ occasione.

**H**erjulfus ille, qui anno CM-LXXXV. Eiricum Rufum ex Islandia secutus, Herjulfsnesium occupavit, filium habuit nomine Biarnium, ex uxore sua Thorgerde, qui in tenera statim ætate ad exteras nationes profectus opibus & experientia auctus; moras autem hybernas vel interis, vel apud patrem, per vices agere consueverat, decreveratque hanc hyemem intra penates paternos transigere; cum autem redux in patriam eum in Vinlandiam concessisse eadem ætate, quæ sedem posuisse, cognovit, pertinax

A

rece-

ejusque pro-

de Vinlandiâ,  
magnâ ballu-  
adbeccius ad  
retulit, re-  
na, Arioque  
Vinlandorum.

, & Erico  
Vinlandiam  
o Gumlau-

Pag. 76,

Cap

receptæ consuetudinis cultor, etiam in  
 Gronlandia, ignota licet, recensque inven-  
 ta terra, domoque paterna se hyematu-  
 rum affirmabat; itaque navim ignoto ma-  
 ri commisit, nulli nautarum prius sulca-  
 to; triduum navigando exactum, quæ-  
 præter cælum aquasque nihil conspectum  
 est, tum vero aquilone flante caligo pro-  
 spectum per complures dies & navigatio  
 nis simul dirigendæ noticiam adimebat  
 qua discussa, expansis velis per integrum  
 diem noctemque navigatum est, donec  
 terra ignota appareret, ad eam igitur pro-  
 prius accedentes, ut montibus destituta  
 filvis consistam, collibusque humilibus  
 depressam adnadvertunt, versis velis  
 eam deserunt. Biduum inde ferenti  
 bonoto datum, donec alia terra in con-  
 spectum veniret, plana, filvisque abun-  
 dans, quam cum diversam à Gronlandia  
 montosæ nivosæque habitu navarchus ag-  
 nosceret, nautis petentibus, ut ascenderet  
 aquasque & ligna inde desumeret, venti-  
 licet subsidentibus, non tamen exorari  
 passus est, quapropter etiam reprehensio-  
 nem aliqualem incurrit. Inde cum for-  
 vissset,

or, etiam in Africa per triduum carbasa inflan-  
 ensque invenit usum, aliam adhuc terram montibus  
 se hyematum editis, fastigiisque albicantibus, offendit;  
 in ignoto manens etiam cum propius accessisset, insu-  
 m prius sulcatorumque deprehendisset, velut inutilem  
 tractum, quod præterit. Jamque vento invalescente  
 vel conspectum vela contrahi jussit; quatuor dies hoc cur-  
 te caligo prope transacti; tum demum terra quarta  
 & navigatio conspecta est. quam ex aliorum relatione  
 adimebat Gronlandiam judicabat, adque eam na-  
 per integrum annum applicans pervenit sub vesperam  
 n est, donec ad promontorium Herjolsnesiam, ubi  
 m igitur prope mater ejus habitavit; navigationeque felix  
 destituta magis absoluta, quam prudentius suscepta,  
 ve humilibus destitit deinceps perigrinari, mansitque  
 versis velis apud patrem, quoad is vixerat, prædium  
 de ferenti locumque à morte ejus incoluit.

CAP. II.

*De Vinlandia inventa à  
 Leifo.*

**A**d Norvegiæ Comitem Eiricum Ha-  
 conis filium Biarnus Herjolfinus è  
 Gronlandia trajiciens cum perve-  
 de cum formisset, hospitaliter primo exceptus, mox  
 visset auli

aulicorum ejus numero inscriptus est, re-  
 tulitque, quas terras ad id tempus, nemi-  
 ni, quod sciret, accessas viderit, reprehensu-  
 sus ex parte, judicio vulgi, ut parum in iis  
 explorandis curiosus. Æstate proxima  
 in Gronlandiam transfretavit, sæpiusque  
 de inqvirendis illis regionibus sermo insti-  
 tutus est. Ad eum igitur Leifus Fortu-  
 natus de Brattahlide profectus, navem ejus  
 emit, navalibusque sociis triginta quinque  
 conductis, patrem oravit, ut iis ad inqvi-  
 rendas noviter visas terras ducem se præ-  
 bere vellet. Eiricus senilem ætatem, in-  
 commodis maris tempestatumque, mi-  
 nus quam in flore juventæ, sustinendarum  
 idoneam excusabat; tandem urgenti filio,  
 fortunæ, illi supra familiæ sortem faventi-  
 oris, fiducia cessit, domoque profectus,  
 non procul à nave, nutante eqvo, detur-  
 batus, pede valde luxato, sinistriora omi-  
 natus, haut sibi fata plures terras inveni-  
 endas, quam eam, quam jam incolerent,  
 destinasse respondit, domumque rediit,  
 Leifo cum sociis destinata persequente,  
 quos inter vir quidam australis, (hac e-  
 nim nota Germanos scriptores antiqui in-  
 telli-

criptus est, re  
 mpus, nemi  
 rit, repreh  
 parum in iis  
 ate proxima  
 it, sæpiusqve  
 s sermo insti  
 eifus Fortu  
 s, navem eju  
 inta quinque  
 iis ad inqvi  
 icem se præ  
 ætatem, in  
 imqve, mi  
 tinendarum  
 rgenti filio,  
 rtem faven  
 e profectus,  
 quo, detur  
 riora omi  
 ras inveni  
 incolerent,  
 que rediit,  
 rsefvente,  
 s, (hac e  
 antiqvi in  
 telli-

elligunt) nomine Tyrker, memoratur.  
 Prima iis se conspiciendam præbuit terra  
 Biarnio novissime visa, quam propius ac  
 edentes scapham expediebant, ascenden  
 esqve supra montes, perpetuis nivibus  
 bductos, infra velut continua petrâ, ad  
 mare usqve, constratam, ideoqve plane  
 inutilem observabant. Tum Leifus: Biar  
 ni quidem incuriam correximus, explo  
 rando terram; ei igitur nomen ab indole  
 na impertiar, vocabiturqve Hellulandia,  
 est, terra petrosa. Inde digressi aliam ter  
 ram reperiebant; quam similiter conscen  
 dentes, planam eam nec altioribus mar  
 nibus undas coërcentem, passimqve sil  
 is virentem, arenisqve albis confitam  
 prehenderunt: Eam Leifus à planitie  
 arklandiam appellavit (inde patet, non,  
 quibusdam placet, vocem mark regio  
 em, sed planitiem vel planam regionem  
 otare.) Inde post exiguam moram sol  
 entes, aqvilone per biduum carbasa in  
 ante terram denuo conspexerunt, cujus  
 preali lateri insula prætexebatur, adque  
 am, nave admota, sudo cælo exscenden  
 s, gramina rore madentia deprehen  
 de-

derunt, gustu vel cum melle certantia  
 Inde regressi ad navem, eam in fretu n  
 quod inter insulam & promontorium in  
 Septentrionem a continente extensum in  
 tercedit, deduxerunt, quæ, dum promon  
 torium præternavigantes flexu in occi  
 dentem tenderent, decrefcentibus undis  
 in vadis constitit, magnis deinde æstuarium  
 mari dirempta. Verum tanta erat illius  
 novæ terræ invisendæ cupiditas, ut non ex  
 spectato refluxu eâ relictâ in terram per  
 fluvium, qui è lacu se exonerabat, con  
 tinuo ingrederentur, quam æstu accen  
 dente per annum in lacum deduxerunt,  
 ibique, jactis anchoris, cum eam  
 collocassent, tabernas in ripa fixerunt, ex  
 inde hybernacula magna extruxerunt.  
 Abundabat tum fluvius, tum lacus salmo  
 num ingenti copia, & quidem grandio  
 rum, quam quos antea viderant. Tanta  
 ibi soli fæcunditas, cælique clementia, ut  
 ne fano, pecora hyberno tempore indige  
 re viderentur, nullum ibi hybernum ge  
 lu, parum gramina aruerunt. Bru  
 males diés ibi quam vel in Islandia, ve

Gron

Gron  
 circa  
 cidit.  
 vasse f  
 vincit  
 26 mi  
 horis  
 nullibi  
 æ eni  
 constab  
 tibus d  
 inde æ  
 retenta  
 stim, r  
 longius  
 to emi  
 adjung  
 bique a  
  
 De i  
 stib  
 red

Gronlandia longiores, ad horam nonam circa solstitia Sol oriebatur, tertiam occidit. (Id autem eos haut exactius observasse fertilitas regionis cælique natura evincit; talia enim sub gradu Æquatoris 58. 26 min: ubi dies longissimus octodecim horis constat, brevissimus autem sex, nullibi alias affulgere notum est. Singulæ enim dierum partes tribus horis illis constabant, quas haut accuratè in his partibus distingvere solebant.) Exstructis deinde ædificiis bipartito divisi, pars domi retenta, pars ad explorandam terram junctim, ne sparsi periculis objicerentur, nec longius quam ita redituque diurno, fortitò emissa, quibus ipse Leifus alternis se adjungebat, prudentia & dexteritate ubique acceptus.

CAP. III.

*De inventis vitibus, agrestibusque uvis, Leifisque reditu.*

**E**venit autem, ut, redeuntibus explora-  
 toribus, Germanus ille Tyrker so-  
 lus desideraretur. Ad eum igitur  
 requirendum Leifus protinus duodecim  
 ablegavit, vicem ejus valde sollicitus, ut  
 ipse viri longo tempore in paterna domo  
 versati, suiqve à teneris valde studiosi,  
 & cultoris obsequiosi; nec longe ab hy-  
 bernis processerant, cum obvium habentem  
 hilarem, & in ebrii hominis speciem for-  
 matum, qui, oculis ultro citroqve contor-  
 tis, illis risum ciebat, vir statura pusillus,  
 sed omne genus fabrilium artium appri-  
 me gnarus. Interrogatus tantæ moræ  
 causam, idiomate Germanico, illis qui-  
 dem ignoto, diutius locutus, tandem re-  
 spondit, se paullo longius quam Leifum  
 processisse, ibiqve vites uvasqve depre-  
 hendisse; dubitantibus, confirmavit se ibi  
 natum esse, ubi talia affatim provenirent.  
 Operas igitur inter nautas partitus Leifus,  
 alios legendis uvis, alios vitibus cædendis  
 adhibuit, illisqve scapham, his navem re-  
 plevit; primoqve vere novam terram de-  
 ferens, a vitibus & uvis Vinlandiam, seu  
 Vineariam vel Vineaticam appellavit.

Gron-

tibus explora  
 le Tyrker fo  
 d eum igitur  
 us duodecim  
 sollicitus, ut  
 aterna domo  
 lde studiosi  
 onge ab hy  
 vium habent  
 speciem for  
 oque contor  
 ura pusillus,  
 tium appri  
 antæ moræ  
 co, illis qui  
 tandem re  
 am Leifum  
 que depre  
 mavit se ibi  
 rovenirent.  
 itus Leifus,  
 s cædendis  
 navem re  
 terram de  
 diam, seu  
 appellavit.

Gronlandiam deinde secundis ventis re  
 petens, cum ejus montes albicantes in  
 conspectu haberet, navem à recto cursu  
 deflexit, quodam nautarum caussam quæ  
 rente scopulum an navem oculis signaret,  
 non sibi liquere respondit. Omnibus  
 scopulum judicantibus ipse insuper homi  
 nes ibidem vagantes observavit, erat enim  
 omnibus iis oculator. Visis autem com  
 muniter hominibus naufragis, se illos, si  
 sacrifici essent, periculo exempturum af  
 firmavit, secus in potestatem redacturum,  
 expeditaque minore scaphâ, quindecim  
 nâ cum gubernatore Norvego Thore  
 reprehendit, omnes cum mercibus, quan  
 tus poterant, navi receptos, in sinum Ei  
 ksfiordum, prædiumque paternum Brat  
 hli dem devexit. Thorem cum uxore  
 Gudride Thorbiorni filia & tribus nau  
 hospitio excepit, cæteris apud vicinos  
 er hospitia distributis. Exinde Felicis seu  
 fortunati cognomen adeptus est, quod  
 men ad annum millesimum Chronica  
 SS. ut & Codex Flat: supra pag: 233.  
 i ipsius immemor retulit. Hinc &

Gron-

A 5

opibus

opibus & gloriâ auctus perhibetur. Thorvaldo autem fratri ejus non satis explorata nova terra visa est. Igitur navem fratris impetravit, eâ tamen lege, ut relicta in scopulo ligna, quæ naufraga Thoronis navis vexerat, prius domum deveherent. Eadem hyeme morbus per nautas Thoronis grassatus eum cum magna eorum parte absumsit; Eiricusque Rufus naturam concessit, vir ab inventa Gronlandia memorabilis. Annum autem certum, veteris æræ Christianæ, vel imperii Comitum Eirici & Sveni, qui tum Norvegiæ præfuerunt, nullum invenio.

CAP. IV.

*De profectioe Thorvaldi in Vinlandiam, lustratisque ejus partibus, repetitisque novæ gentis quibusdam, cæde Thorvaldi reditu in patriam.*

Thorvald, quæ

libetur. Thor  
 satis explora  
 ur navem fra  
 ge, ut relicta  
 aga Thor  
 n deveheret  
 autas Thore  
 a eorum par  
 Rufus natura  
 onlandia me  
 certum, ve  
 rii Comitum  
 rvegiæ præ

Thorvald  
 iustratis  
 , reper  
 tis qu  
 rvaldi  
 n.

**T**horvaldus triginta nautis instructus Vinlandiam petivit, hyemeinque in hybernaculis fratris sui Leifi piscatione exegit. Proximo vere, retento aca-  
 gio, partem nautarum navi impositam, ad occidentales regionis partes, tota ætate perscrutandas emisit. Visa est terra amæna, sylvis a mari brevi intervallo distantibus consita, albis arenis circa litora aperta, frequentibus insulis, sed vadis brevibusque spatiosis interstinctis undique obsepta, nulla ibi hominum domicilia, nec ferarum quidem lustra inventa sunt, tantum in insula quadam versus occidentem idgenus ligna pyramidali forma exstructa, qvalia horrei loco, condendis rugibus in usu sunt, (kornhialm af tre Codex Flat: vocat), nec ulla præterea humana vestigia. Atque ita eodem autumno in hyberna reditum. Seqventi ætate navis in orientales borealesque oras directa, in tempestates incidit, allisaque promontorio, carinam fregit, longoque tempore ibi refecta est. Hinc promontorio nomen Kjalarnes Thorvaldus indidit, quasi carinæ promontorium. Inde in

Thor

in orientem deflectentes, in ostium sinu  
 devenerunt, navemque promontorio pro  
 ximo, quod sylvæ universum vestiebant  
 applicantes in stationem deduxerunt  
 Thorvaldus autem cum nautis omnibus  
 promontorium conscendit, ananitateque  
 loci captus: hic, inquit, pulchrum est  
 averemque domicilium figere. Regressi  
 que in navem, tres colles in arena infra  
 promontorium conspexerunt; eò cum se  
 contulisset, naviculas tres coriaceas se  
 scortas animadverterunt, subque qualibet  
 viros tres, quorum unus cum navicu  
 la evasit, cæteri octo comprehensi, occi  
 sique sunt, magna hercle incogitantia ad  
 versus eos, quos demulcere, quam exter  
 rere aut exasperare, præstitisset. Inde ad  
 promontorium regressi, intra sinum  
 colles quosdam conspexerunt, quos in  
 habitatos existimabant. Mox repentinus  
 sopor omnes oppressit, tam gravis, ut  
 destinatis vigiliis excuti non possit, quem  
 desubito audita vox dissolvit, hac formu  
 la: Evigila quæso Thorvalde cum omni  
 comitatu, modo vitam conservare ani  
 mus est, navemque celerrime universi con  
 scen-

cendi  
 acti, u  
 conspi  
 n refu  
 ibus c  
 ostes  
 ngens  
 erebar  
 e effu  
 ontem  
 nes a  
 is qua  
 let; q  
 um re  
 ter el  
 onstiter  
 igitur  
 oni def  
 i; nec  
 um ibi  
 s duas  
 m, sup  
 omont  
 siam, f  
 llari, in  
 re. Ho

ostium sinu  
 montorio pro  
 m vestiebant  
 deduxerunt  
 utis omnibus  
 manitateqve  
 ulchrum est  
 e. Regressi  
 n arena infra  
 t; eò cum se  
 coriaceas se  
 ubiqve quali  
 cum navicu  
 hensi, occi  
 ogitantia ad  
 quam exter  
 et. Inde ad  
 ntra sinum  
 t, quos in  
 repentinus  
 gravis, ut  
 offit, quem  
 hac formu  
 cum omni  
 ervare ani  
 iversi con  
 scen-

ascendite, hincqve discedite. His experge-  
 acti, universum sinum naviglis cooperum  
 conspiciunt; monet igitur Thorvaldus, ut  
 n resubita munimentis è frondibus & asse-  
 ribus contextis se protegerent, sed parce  
 ostes impeterent. Exorta deinde turba  
 ngens, jacula & sagittas effusè in eos in-  
 erebant, qui post horulam multo dein-  
 e effusius fugiebant. Hos Norvegi per  
 contemptum Skrælingos, id est homuncio-  
 nes appellabant. Tunc Thorvaldus à  
 is quæsit, an ullus eorum vulneratus  
 flet; quibus negantibus, se quidem sau-  
 um respondit, ictum quippe telo, quod  
 ter clypeum evolans, sub sinistra ala  
 onstiterit, nec dubium, quin ad necem;  
 igitur ad promontorium, quod habita-  
 oni destinavit, deferri jubet, ibiqve sepe-  
 ri; nec enim votum vanum fuisse, se  
 um ibi aliquantisper habiturum. Cru-  
 es duas alteram ad caput, ad pedes alte-  
 m, supra sepulchrum erigi mandavit,  
 omontoriumqve in posterum, Krossa-  
 sliam, seu crucium promontorium ap-  
 illari, indeqve abitum oportune matu-  
 re. Hoc tempore Gronlandiam Chri-  
 stiana

ftiana religione imbutam, Eiricum tamen  
 Rufum hoc loco ante receptum Christi  
 anismum excessisse Codex Flateyensis tra  
 dit, cum tamen pag: 233. eum, hortante  
 Leifo, cum omni Gronlandico populo  
 baptizatum dixerit. Ibi Thorvaldus, u  
 præceperat, sepultus est, nautæ vero ad fo  
 cios reversi, proximam hyemem ibi per  
 manserunt. Vere autem, qvod seqvebat  
 tur, nave vitibus uvisqve onusta, ind  
 solventes, in Gronlandiam ad Leifum  
 prædium Brattahlidem devenerunt.

CAP. V.

*De Thorsteini Leifi fratris  
 Vinlandiam invisuri la  
 borioso simul & irrito it  
 nere, repulsu in Gronlan  
 diam, exorta peste, ejus  
 morte & prodigio.*

**D**um hæc in Vinlandia gererentur  
 Thorsteinus tertius Eirici Rufi  
 liv

iricum tamen  
 otum Christi  
 lateyensis tra  
 um, hortante  
 ndico popul  
 orvaldus, ut  
 æ vero ad so  
 mem ibi per  
 quod sequeba  
 onusta, ind  
 ad Leifum i  
 nerunt.

*si fratri  
 isuri la  
 rrito it  
 Gronlan  
 ste, eju*

*gererentur  
 irici Rufi  
 liu*

us, Gudridem Thoreris illius, quem  
 naufragio Leifus exemerat, uxorem ma-  
 trimonio sibi sociavit. Jam vero cogni-  
 tã fratris morte, ad reliquias ejus in patri-  
 am deferendas in Vinlandiam transfretare  
 constituit. Eadem ergo nave, qua prius  
 iteraverat velificatus eò solvit, viginti quinque  
 electis viris instructus, hybernaculis fra-  
 tris Leifi, non dono sed ad usum impetra-  
 tis, uxorem ut thori, ita quoque itineris,  
 sociam assumpsit. Totã æstate tempesta-  
 bus agitatus, post hebdomadam à prin-  
 cipio hyemis elapsam, in sinum occiden-  
 talis Gronlandiæ Lyfufjordum dictum de-  
 ventus, omnes quidem nautas in hyberna-  
 er viciniam distribuit, solus autem cum  
 uxore hospitio destitutus, in nave dies a-  
 quot cum uxore moratus est, tandem  
 invitatus à Thorsteino quodam, cogno-  
 mine Surto seu Nigro, qui solus cum uxo-  
 re, Grimhilde dicta, domum absque ulla  
 familia incoluit, ad eum divertit, proque  
 cultate domini, si non lautè, benignè ta-  
 men exceptus est. Primã hyeme mor-  
 tus per nautas omnes Thorsteini perva-  
 lens, multos eorum absumpsit, quos lo-  
 culis

culis conditos navi imposuit, delaturus in  
 Eirici sinum cum vernasset, ibique sepul-  
 turus. Recens jam in Gronlandia Chri-  
 stianismus erat, nec iisdem sacris Thor-  
 steinus Niger, cum uxore sua Grimhilde  
 imbutus. Fuit illa mulier staturâ robo-  
 reque par viris robustissimis; tandem eam  
 ut & Thorsteinum Eirici, eadem tabes in-  
 vasit, simulque decumbebant. Illa vero  
 prior mortua, tabulæ ferali pro tenuio-  
 rum illis in locis conditione imponenda  
 verum dum in ea conquirenda maritus  
 Thorsteinus occuparetur, ipso Thorstei-  
 no Eirici filio unâ decumbente, uxoreque  
 sua, præsentibus surrectura calceos re-  
 quirere cepit, sed marito redeunte lectum  
 repetens, magno eum fragore concussit,  
 quam maritus multa opera ægrè extulit  
 sepelivitque. Postea Thorsteinus Eirici-  
 us exspiravit. Thorsteinus autem ruris  
 dominus, uxorem ejus solaturus, eam in  
 Eiriksfjordum, cum funere mariti socio-  
 rumque se delaturum promisit, inque ejus  
 gratiam plures adsciturum, ne ibi langvo-  
 re tabesceret. Interim Thorsteinus, qui  
 mortuus erat, se in lecto erigens: Ubi  
 inquit

, delaturus in  
 ibique sepul  
 nlandia Chri  
 sacris Thor  
 a Grimhilde  
 staturâ robo  
 tandem eam  
 em tabes in  
 t. Illa vero  
 pro tenuio  
 imponenda  
 nda maritus  
 so Thorstei  
 e, uxoreque  
 calceos re  
 ante lectum  
 e concussit,  
 egre extulit  
 inus Eirici  
 utem ruris  
 rus, eam in  
 nariti socio  
 , inque ejus  
 ibi langvo  
 teinus, qu  
 gens: Ubi  
 inquit

quit Gudridis est? terque hanc quæstio  
 em repetivit. Illa tanto portento atto  
 ta, ab hospite, an ei respondendum es  
 t, consulto inhibebatur. Ipse vero pro  
 us accedens, fellæ juxta lectum inside  
 re cepit: mox quid vellet exquisivit. Is  
 tem respondit, se quidem ad loca amæ  
 a pervenisse, gestire autem uxorem sola  
 , eiqve fata instantia pandere, quò or  
 tatem patientius ferat, nupturamque  
 am viro Islando, diuque in illius patria  
 convicturam prædixit, nobilemque  
 de prosapiam pullulaturam. Romam  
 am in visuram, postremum Montialem  
 id templum, quod in Islandia extrueretur,  
 turam, pro vectamque senio placidè mo  
 turam. Hæc an ita se habeant, an in  
 dulationem Episcoporum, qui ex illa ori  
 nem traxerunt, conficta vel corrupta,  
 ctoris judicio permitto. His dictis, Thor  
 einus lecto se iterum reddidit. Cadaver  
 us sociorumque Thorsteinus bona fide,  
 vò promiserat, transportavit, venditaque  
 illa, in Eiriksfjordum cum omnibus bonis  
 nigravit, ibique quoad vixit, sed longè  
 vnam antea honoratior habitavit. Fune  
 ra

ra deinde omnia ad templum, quod tum  
 exstructum erat, sepulta sunt; Gudridi  
 autem ad mariti sui fratrem Leifum con  
 cessit.

CAP. VI.

*De profectioe Karlsefnii  
 in Vinlandiam, mercatu  
 ra inter eum & Skrælin  
 gos, indeque exortis dissi  
 diis, quæ in apertum bel  
 lum eruperunt.*

**E**adem ætate Thorfinnus cognomen  
 to Karlsefnus Islandus, Thoro  
 Hesthofdii filius, Snorrii, ex Thoro  
 hilde Riupa, Thordi Gelleris filiâ, nepos  
 Thordi de prædio Hofdio, alias Spakonu  
 fellzhofdio, pronepos, vir apprime opu  
 lentus in Gronlandiam è Norvegia profe  
 ctus, hospitioque à Leifo exceptus, im  
 petrato ejus consensu, Gudridem uxorem  
 duxit. Hic cum sexaginta nautis, socie  
 tate

n, quod tum  
 nt; Gudridi  
 Leifum con  
 ate in aqvales lucri partes inita, comi-  
 ante uxore, assumptis una diversis ani-  
 mantium generibus, ad excolendam Vin-  
 andiam trajiciens, ad tabernas Leifi,  
 quas commodato acceperat, incolumis de-  
 venit, ubi balenam ex earum genere,  
 quas Reid vocant, interqve maximas  
 utpote centum, interdum etiam centum  
 & triginta cubitos longas) reputant, in  
 titus appulsam invenit, magnum ad rem  
 penuariam momentum; pecora autem  
 armenta qve, lætis pascuis repertis, & in  
 nis taurus insignis, admodum cæperunt  
 luxuriare. Karlsefnus deinde ligna cæ-  
 di, poliri qve, rupi qve imposita are fieri  
 curavit. Omnes autem fructus terræ,  
 vel maris, nunc uvæ colligendo, nunc  
 piscando, decerpebant (minus mihi pro-  
 batur, quod Biornus de Skardza, antiqva-  
 tius insignis Islandus, historiæ suæ pro-  
 cul dubio è vetusta membrana exscriptæ  
 inseruit, triticum ibi sponte provenisse.)  
 Prima hyeme transacta, cum æstas su-  
 pervenisset, homunciones illos, quos, Skræ-  
 ingos vocabant, deprehenderunt, magno  
 numero è sylva prorumpentes, haut pro-  
 cul

cul pascuis ubi taurus cum bobus aliis fa-  
 ginabatur, cuius horrendo boatu omnes  
 deterriti ad domum Karlsefni cum sarcini-  
 nis suis, variis pellium generibus, Zibel-  
 linis præsertim, alborumque murum, re-  
 rentis se convertentes, per fores illico in-  
 gressuri, imperio domini arcebantur  
 præter corporis habitum, etiam lingua  
 ab illis discreti, nihilominus depositis sar-  
 cinis merces venales exponebant, armis  
 permutare cupientes, id quod Karlsefni-  
 us ut sibi suisque periculosum prohibuit  
 quorum loco mulieres cibum lactariaque  
 apponi iussit, quibus gustatis, ea solum  
 nec præterea quicquam appetebant, pro-  
 mercaliumque mercedum sarcinis sarcina-  
 ventrum permutantes, saturati ciboque  
 graves discedebant. Interea Karlsefni  
 ædificia lignea sæpe munivit. Primam autem  
 brumam cum uxor ejus filium Snorriam pe-  
 perisset, Skrælingi multo quam antea pre-  
 res redibant, viculis ut prius instructis  
 lactea iis iterum cibaria præstita, sarcinis  
 que septa conjectis. Foras Gudridis in  
 Gudridis in ædibus, ad cuius infantis a-  
 fidens, umbram in foribus observabat.

obus aliis fa- mox mulier palla nigra vastaque induta,  
 boatu omnes linteo caput velata, coma fusca, facie pal-  
 ii cum sarcinida, oculis autem inusitatae & supra mo-  
 ribus, Zibeldum unius capitis magnitudinis, ingressa,  
 murum, re- eamque accedens, his verbis affata est;  
 ores illico in- quid tibi nomen est? quod professa, istius-  
 arcebantur que iterum sciscitata, se quoque Gudri-  
 etiam lingua- dem vocari respondit, dum autem illam  
 depositis sar- ad assidendum invitaret, sonitus fragor-  
 ebant, armi- que ingens foris exaudiebarur, domesti-  
 od Karlsefni- corum namque Karlsefni unus Skrælin-  
 m prohibuit- gorum unum arma furto surrepturum oc-  
 ti lactariaque- cidit, confestimque mulier, soli Gudri-  
 is, ea solun- di nec ulli alii visa, disparuit, Skrælingi  
 etebant, pro- quoque in fugam se conjicientes, mer-  
 cibus sarcina- ces vestesque reliquerunt. Verum  
 rati ciboque- Karlsefnius plures ad vindicandam cæ-  
 a Karlsefni- dem redituros conjectans, omnes ad sil-  
 Primâ autem- varum interiora excidenda, quo commo-  
 norrium pe- dius pecora abderentur, delegavit, decem  
 am antea ph- autem iis in promontorio ostentandos,  
 instructi quo- quò facilius eos allicerent, locum autem  
 ta, sarcina- conflictui inter sylvam & aquam delegit,  
 ata. For- ne à multitudinæ circumfunderentur, tau-  
 s infantis a- ro aciem præcedente. Nec fefellit eum  
 observaba- opinio, eò enim Skrælingi magno nume-

ro confluebant, notabili suorum damno, multi enim eo conflictu occisi sunt, taurus quoque inuitatus. Ingrato illorum auribus boatu eos valde terruit. Inter eos quidam forma speciosa, statura reliquis procerior, eminebat, princepsque videbatur, cum forte unus Skraelingorum adjacentem securim apprehensam aliquantisperque contemplatus, in caput commilitis sui impexit, eodemque ictu examinavit, id quod vir ille ingens conspicatus, eam in manus sumpsit, paulisperque inspectans, jactu quam longissimo in mare projecit, detestatus, ut videtur, ferrum, occidendis hominibus usum. Acturum deinde omnes effuse fugientes, silvis se abscondebant, Karlsefnus autem hyeme exacta, proximo verenaudem viribus aliisque mercibus, quae ibi provenerunt, oneravit, Gronlandiamque repetens, in sinum Eiriksfjordum delatus ibidem hyemavit.

CAP.

De  
Vn  
van  
duc  
Fin  
im  
in  
pro  
ad  
EG  
N  
oriental  
erunt,  
dis Eiri  
notha)  
liae con  
secta in  
nnique  
ut æqv  
gulæ tri

CAP. VII.

*De quarta expeditione in Vinlandiam ducibus Thorvardo Freydisis marito & duobus Islandis Helgio & Fimbogio, Freydisisque immanitate, Karlsefnii in Islandiam reditu & prosapia.*

¶ In eadem ætate, quâ Karlsefnus in Gronlandiam rediit, duo fratres è Norvegia Helgius & Fimbogius in orientali Islandiæ quadrante nati eo appuerunt, ibique hyemabant. Interea Freydis Eirici Ruffi filia (Biorno de Skardza notha) repetendæ proximo vere Vinlandiæ consilium agitans Gardis ad eos projecta in societatem invitat, quæ lucri damni que certa collatione convenit, adjecto æquato utriusque partis numero singulæ triginta tantum viris, armis idoneis,

CAP.

præter feminas constarent. Mox ipsa exiit  
 tabernis fratris Leifi mutuo acceptis, con-  
 ditionem de nautarum numero statim  
 transgressa, quinque viros ultra suæ navem se  
 imposuit, occultavitque, donec in Vinlandiam  
 ventum esset. Quo fratres patre vocato  
 lo prius delati, tugurio Leifi res suas in usum  
 ferebant, quod illa adveniens indignata confide-  
 ut contra pactum interpretata est, quod fieret, quod  
 bi non illis commodatum fuisset. Illi conditione  
 sensum in communem utilitatem, usum causa  
 quoque casæ communem supposuisse reprobant; i-  
 gerentes, nihilominus furori illius se ces adjecit  
 furos affirmabant, neque enim cum illis Gron-  
 us malitia certaturos, elatisque suis rebus navem  
 domum aliam in litore extruebant. Illi mutare  
 autem arbores, quibus navem onerare daturur  
 vites forte (eodem enim nomine efferunt discessur  
 tur) excidi curavit. Instante hyeme, lucta mariti-  
 di pro more instituti, sed intervenientes frige  
 discordia, hauri durabant, commercia tracta  
 cio omni inter eos. Freydisem ejusque marore  
 nautas longo tempore sublato. Manu ergia n  
 quodam Freydis lecto exsurgens, absque bernam  
 calceis, togâ tantum viri assumpta, sine rivisse,  
 comite ad tabernas fratrum solo roscidibusque

ex

Mox ipsa exspatiata, in foribus, quas nuper egres-  
 acceptis, cominus nauta quidam aperuit, aliquantisper  
 amero statim pressa voce constitit, quod ut Fimbogius,  
 ultra suae navium solus evigilans observavit, quid rei  
 donec in Viresset quærit? Illa ad secretiora consilia  
 ad fratres pauca evocatum, ad lignum à latere tabernæ in  
 si res suas in usum scamni adhibitum deduxit, ibique  
 nis indignata confidebant. Tum vero ut ei ibi place-  
 ra est, quod sciret, quærenti, optime quidem terræ con-  
 fesset. Illi conditionem, diffidia autem inter eos, nulla  
 rateni, usum causa prævia valde displicere, responde-  
 pposuisse rebat; idem quoque sibi cum affirmasset,  
 illius se cessat adjecit advenus sui causam, cum enim  
 num cum illi Gronlandiam petere in animo haberet,  
 ve suis rebus navem suam illius, utpote capaciore, per-  
 tebant. Illi mutare velle. Id quod se ipse gratiæ  
 m offerere daturum promisit. His dictis ab invicem  
 sine efferunt discessum est, Fimbogio lectum suum, il-  
 e hyeme, luctu mariti, repetentibus. Is vero ut rigen-  
 ter venientes frigore, madentesque humore pedes  
 committat trectabat, causam sciscitatus est. Illa  
 em e jusque mærore ira que simul æstuans, lamentis  
 to. Mansurgia miscuit, egressam se ad fratrum ta-  
 ens, absque bernam, permutationem navium expe-  
 mpta, sine civisse, oppressam deinde plagis, verberis  
 olo rosido busque ab illis affectam quæsta, per socordi-

am illius omnium injuriæ obnoxiam fu  
 turam, neque enim illi ad vindican  
 dum animum; haut itaque immeritò  
 desiderio patriæ teneri, ubi ab injuriis  
 omnium libera tutaque familiæ præsidio  
 semper fuerit, & in posterum futura  
 quod si indignissimi facinoris ultionem  
 termitteret, se conjugium cum illo dis  
 luturam minabatur. His talibusque  
 rum exacerbatum repente incitavit, ut,  
 protinus suos omnes ad arma capiend  
 vocaret; qui ingressi dormientium tab  
 nas, singulos in vincula conjerunt, edu  
 ctosque foras obtruncarunt. Occis  
 viris omnibus, cum solæ fæminæ (era  
 autem numero quinque) restarent, ne  
 moque eas occidere vellet, ipsa securi  
 poposcit, omnesque sua manu occidit,  
 Omnibus factum abominantibus, ipse  
 tanquam re præclare gestâ triumphant  
 speciem præferibat, singulis, si hæc  
 Gronlandia publicarent, necem se machi  
 naturam minabatur, imperabatque, ut  
 cerent eos, qui occisi sunt, in Vinlandi  
 habitare. Appetente vere, navem fratri  
 bus ereptam, ad reditum in Gronlandiam

obnoxiam fuoparavit, onustam mercibus Vinlandi-  
ad vindicans, primaque ætate eò devenerunt, Karls-  
e immeritò finio in sinu Eiriksiordo cum instructa  
ab injuriis cave, qva opulentior nulla ad id tempus  
iliae præsidio Gronlandiâ solvisse dicitur, ventos se-  
um futura sitandos exspectante. Cum autem metu,  
ultionem ininisque solis, homicidia occultari despe-  
um illo disforet, prædam inter socios liberaliter par-  
alibusque vita est, donisque insuper singulos corru-  
incitavit, ut, qvò pudore infamis qvæstus, metu-  
a capienda eve pœnæ, cum sceleris contagio, omnes  
entium taber mul contacti essent, obligatione insuper  
jerunt, eduunerum, acrius coërcerentur. His ar-  
Occisiquibus confisa, domi secura manebat, cum  
eminæ (erant arito, imperio suo subjecto, nomine  
starent, nehorvardo, satis locupletata. Verum ne  
ipsa securinqv idem flagitium enorme reticere po-  
anu occidit, qvin per eosdem, qui in illo exeqven-  
ntibus, ipso ei obseqvebantur, Leifo fratri inno-  
riumphantiter, qui de tribus eorum qvæstione ha-  
, si hæc in ta veritatem expressit, execratusque in  
m se machi rorem, supplicium quidem de ea fume-  
atque, ut die se nolle asseveravit, tantum vaticinari,  
n Vinlandius progeniem infelicem futuram. Ex-  
vem fratri de Freydis omnibus exosa, infamem  
ronlandiam quoad  
ap

quoad vixit vitam, decore omni destituta magnif  
 tam agebat. Karlsetnius cum uxore prin  
 Gudride è Gronlandia cum solvisset, felix profa  
 cursu in Norvegiam pervenit, opibus bitum  
 abunde instructus, apud præcipuos viri no in V  
 in magno honore fuit, ibique hyeme ore pr  
 transegit. Cum autem in portu navis Domun  
 Islandiam parata staret, vir quidam Bruni exstr  
 mensis coronidem ejus (husafnotra habende c  
 tur) licitabat, dimidia auri selibra, quæ ialisqv  
 cum vendidisset, cognovit è ligno, quæ lem use  
 mausr vocant, antea sibi incognito, quæ s Thor  
 tunvis è Vinlandia avecto fabricata Episcop  
 (Arngrimus lignum istud maffholtridid; r  
 baum, vel ruscum mevsdorn, qui circumpopi pa  
 ligatus mures arceat, fuisse existimavit Bior  
 quam recte nescio, pretiosissima idgeniarniur  
 ligna fuisse patet ex Haraldî Imperiosi autem h  
 ta, qui vasculum potorium Thorere cepta Co  
 Steige, qui ipsi Regium nomen indidum; au  
 magnifici muneris loco donavit) cum Biornus  
 finum orientalis Islandiæ Skagafordurqvissimi  
 dictum deinceps delatus esset, hyemem docume  
 que ibi exegisset, emit prædium Glaumtinæta,  
 bæ, exædicavitque pro loci conditione git; fi  
 magno m

omni destitit magnifice & inhabitavit, quoad vixit, in-  
 cum uxore primates viros honorabatur, clara ex il-  
 solvisset, felix profapia deinceps orta est. Post ejus  
 venit, opibus bitum uxor, postquam cum filio Snor-  
 accipuos virio in Vinlandia nato, domo longo tem-  
 ique hyeme ore præfuisse, Romam petivit; Inde  
 portu navis Domum reversa, sacram ab eo ædem do-  
 r quidam Bruni exstructam deprehendit. Secularibus  
 sanotra habet inde curis vacans Deo se devovit, mo-  
 selibra, quæ ialisqve facta, sanctoribus studiis ad fi-  
 è ligno, quæ em usque vitæ operata est. Snorrii fili-  
 cognito, quæ us Thorgeir, pater erat Ingveldis Brandi-  
 o fabricata Episcopi matris, filia autem Snorrii Hall-  
 d mæholt ridis, mater fuit Runolfi Thorlaci Epi-  
 1, qui circumpopi patris. Frater Snorrii Germanus  
 se existima vit Biornus, Thorunæ pater, illa autem  
 tima idgen Biarnium Episcopum progeneravit. Quæ  
 Imperiosi autem hic relata sunt ex ore Karlsefnii ex-  
 Thorere cepta Codex Flat: pag: 288 tradit. Mul-  
 men indidum autem hinc discrepant ea, quæ  
 avit) cum Biornus de Skardza secutus est, anti-  
 kagafiordus quissimi licet seculi genium redolentia,  
 t, hyemen documenta, vetustissimis strophis inter-  
 lium Glaun tineta, quæ Haukus nomophylax colle-  
 ci conditio git; floruit anno MCCCVI, quæ sum-  
 magr matim exponere non pigebit.

CAP. VIII.

*De Leifi itinere in Norve-  
giam ad Regem Olafum  
Tryggvinum, inventaque  
in reditu Vinlandia, & re-  
ligionis Christianæ felicis  
in patria promulgatione.*

**E**irici Rufi uxorem Thorhildem  
minat, eorumque filios Thorste-  
num & Leifum, viros eximios, quos  
prior apud patrem semper manserunt  
nec fuerit in Gronlandia, qui illum animæ  
corporisque dotibus antecesserit. Leifus filius  
autem, ut primum è Gronlandia naviga-  
verit, in Hæbudas delatum tradit, ubi longæ  
ago per ætatem tempore moratus, assue-  
verit mulieri nomine Thorgunnæ clarybygg-  
ris natalibus ortæ, sed abstrusarum artium,  
um peritæ, vel potius veneficæ, quæ eum  
abeuntem comitari voluerit, quæsi-  
igitur perhibetur, an id ex consensu pro-  
pinqvorum ejus fieri posset, quæ se illu-

nihil

I. *in Norvegia*  
*Olafum*  
*ventaque*  
*dia, & re*  
*nae felic*  
*gatione.*  
 nihil morari respondente, regessisse, tam  
 obilem foeminam in peregrina terra ca-  
 tivam a se tam exigua manu duci non  
 posse. Illa se gravidam eo patre professa,  
 et procul dubio filium enixuram, quem  
 d eum, cum primo per aetatem liceat,  
 missuram, vel promisit, vel minata est, se  
 enique aliquando secuturam; ominari  
 utem filium illum haut ei quandoque u-  
 liorem futurum, quam abitus ejus sibi  
 hoc tempore esset acceptus. Ei Leifus di-  
 c edens annulum digitalem donabat, pal-  
 ios Thorsteim insuper ex Gronlandico panno, bal-  
 eumque dentibus animantium inter-  
 per manserit inctum. Puer ille Thorgils dictus, po-  
 i illum anima in Gronlandiam devenit, eumque Lei-  
 erit. Leifus filium agnovit; dicitur etiam in Islan-  
 andia navigam aestate, quae prodigia Frodurarensia  
 adit, ubi lonae cessit, delatus (id quod consistere  
 ratus, assve nullo modo potest, incidunt enim, teste  
 rgunnæ clayrbyggva saga, in annum Christi mille-  
 usarum artum, qui pueri hujus natalis est) In  
 a, quae eum ronlandia deinceps moratus, antequam  
 , quæsi visum iretur, monstruosum quid edidisse visus  
 onsensu proheribetur. Id autem specialius nullibi  
 , quæ se illu xpressum invenio. Leifus ex Hebridibus  
 nih  
 per

per autumnum in Norvegiam deVectus  
 in magno honore apud Regem Olafum  
 Tryggvinum fuit, aqve illo ad Christiana  
 nam religionem æstate proxima in patria  
 plantandam amandatus, visus namqve  
 illi vir spectabilis & felix perhibetur. E  
 in itinere longo tempore a recto cursu de  
 vians, incidisse fertur in terras ignotas  
 eo situ, ubi nulla terrarum spes unquam  
 fuerat. Ibi agri triticum sponte na  
 tum ferebant, vites etiam nascebant  
 tur cum arboribus, quas mausr voca  
 bant; tantæ autem arbores istæ fuiss  
 dicuntur, ut ligna inde ædificandis domi  
 bus apta desumpta sint. In itinere nau  
 fragum hominem liberasse traditur, re  
 duxqve Christianam religionem publice  
 promulgasse, literas etiam Regis Olaf  
 certa qve voluntatis ejus signa exhibuisse  
 gloriamqve novæ religionis multis verbis  
 celebrasse. Abnuic pater, Thorhild  
 autem uxor statim isthæc probavit, a  
 demqve sacram exstrui curavit, ubi cum  
 illis, qui convertebantur, precibus vac  
 vit. Exinde ædes illa Thorhildis æde  
 dicta est, lectiqve & commercii divortium

am Ch  
 vod is  
 yeme  
 agos  
 ertit;  
 tum B  
  
 De T  
 in i  
 dia  
 in C  
 cum  
 filia  
 maje  
 xim  
 Le  
 qve  
 filius,  
 cum ra  
 pote vi  
 jan

am devectorum Christiana facta cum marito fecit, id  
 regem Olafum quod is admodum ægrè tulit. Proxima  
 ad Christianam yeme Leifus quinquaginta Reppas sev  
 prima in patriagos in Gronlandia ad Christum con  
 rpus namque fertit; in Orientali regionis parte id fa  
 hibetur. Et tum Biornus de Skardza interpretatur.

CAP. IX.

*De Thorsteini Leifi fratris  
 in investiganda Vinlan-  
 dia irrito conatu, repulso  
 in Gronlandiam, nuptiis  
 cum Gudride Thorbiorni  
 filia, ejus educatione &  
 majoribus in Islandia.*

Thors hild  
 roboavit, a  
 vit, ubi cur  
 ecibus vac  
 r hildis æde  
 ui divortiu  
 jar

¶ xinde cupido investigandæ terræ  
 ¶ Leifo inventæ complures incessit,  
 ¶ quorum princeps Thorsteinus Eiri-  
 filius, vir prudens & popularis. In Ei-  
 cum tamen omnium vota inclinabant,  
 pote virum inventa Gronlandia fortu-  
 natum,

C

natum, experientia insuper clarum: diu  
 cum abnuisset, amicorum tamen petiti-  
 ni ad ultimum cessit. Navis Thorbiorni  
 Vivillici, de quo mox plura, viginti nau-  
 tis parvo commeatu instructa ad id de-  
 lecta est. Mane quodam Eiricus domo  
 eqvitans, prius scrinium auro argentoque  
 plenum abscondit; In via autem eqvo  
 cum excidisset, duabus costis fractis, bra-  
 chium, quâ humeris jungitur, valde læsi-  
 Uxori itaque Thorhildi, thesaurum ab-  
 sconditum ut auferret, mandavit, pœnam  
 enim hanc se ideo mansisse, quod eum oc-  
 cultasset, fassus est. Magna deinde lætiti-  
 è sinu Eiriksfiorde solvebant, verum lon-  
 go tempore tædioque à cursu aberrabant  
 nam Islandiam in conspectu habuerunt  
 aves etiam Hybernicas viderunt, atque  
 per oceanum, sub hyemem in sinum E-  
 riksfjordum iterum devenerunt, omnes  
 quæ socios nauticos propriis penatibus de-  
 stitutos per hyemem liberaliter Eiricus  
 Rufus aluit. Eadem hyeme Thorsteinus E-  
 rici Ruffi filius Gudridem Thorbiorni Vi-  
 lici filiam, consentiente patre, uxorem du-  
 xit, de cujus parentibus, ipsiusque puellæ  
 negotian-  
 edi-

clarum : diu educatione pauca prælibanda sunt. Thor-  
 amen petitiobiorni illius pater Vivill, unus erat comi-  
 s Thorbiornum Regina Auduris, profunde divitis,  
 , viginti nauThorsteini Rufi matris, & quidem inter ca-  
 cta ad id deptivos Hibernicos servili conditoni man-  
 iricus domocipatus, prius quam eum Audr libertati  
 o argentoqve restitueret. Cum autem illa sociis nauti-  
 autem eqvccis prædia distribueret, eumque præteri-  
 s fractis, braisset, fertur quæsiuisse, quamobrem id fa-  
 r, valde læsitereret? illa autem respondiisse, nihil refer-  
 nefaurum abere, nam ubicunque esset, magnum virum  
 avit, pænamputurum; vallem tamen de nomine ejus po-  
 vod eum ocstea Vivildalum dictam ei donabat, quam  
 einde lætitiad finem usque vitæ postea inhabitavit.  
 , verum lonHujus filii fuere Thorgeir & Thorbiornus;  
 i aberrabantinguli singulas Einaris de Laugabrecka  
 habueruntSigmundi filii Ketillis Thistilis sinus (Thi-  
 unt, actiqvtilsfiordi) eponymi nepotis filias uxores  
 in sinum Eduxerunt; Iste Arnoram, ille Hallveigem,  
 unt, omnesex qua Thorbiornus Gudridem hanc, de  
 oenatibus de qua agimus, mira specie virginem filiam  
 iter Eiricus suscepit, quam Ormus vir opulentus, de  
 orsteinus Eorædio Arnarstapa occidentalis Islandiæ  
 biorni Viviquadrantis, cum uxore sua Halldise educa-  
 uxorem duxit, illius nuptias cum Einar quidam, qui  
 usque puellonegotiando rem fecerat, quantum vis opu-

ed

lentus, tantum quod libertino patre factus  
 esset, non impetravit, patre virginis Thor-  
 biono quantumvis opibus ad familia-  
 sumtus sustentandos indigente; qui cum  
 videret res suas extenuari, nec pari ut an-  
 tea splendore familiam sustentari posse,  
 maluit solum vertere, quam quicquam  
 ex solita magnificentia remittere. In  
 Gronlandiam igitur ad amicum suum Ei-  
 ricum Rufum, quem in Islandia opibus au-  
 xilioque juvit, concessit. Is enim disce-  
 dens amicis promisit, occasionem non in-  
 termitturum, si quæ illis forte indigentibus,  
 juvandis unquam affulgeret. Tri-  
 ginta nautis instructus, inque horum nu-  
 mero Ormo cum uxore familiaque, qui  
 illum nunquam deserere sustinebat, (ve-  
 rum subito in itinere morbo, perque  
 nautas pervadente, cum uxore sua subla-  
 tus est) patria solvens in promontorium  
 Herjolsnesiam delatus, ab opulento viro  
 ejus loci primario nomine Thorkele ho-  
 spitio exceptus est, cum omnibus nau-  
 tis, quibus is alimenta liberali-  
 ter præbebat.

CAP.

De  
 dic  
 te

A

ff  
 C  
 ff  
 esset, id  
 pant in  
 Thorbi  
 berno  
 os, qu  
 uriosi  
 Thorkele  
 eretur,  
 t hoc or  
 erio fat  
 d se inv  
 xcepti,  
 us fatidi  
 i sedes in  
 nis gallin  
 s sagæ

CAP. X.

*De fœmina quadam fatidica, ejus habitu, & in arte Seidica peritia.*

**A**ffligebat eo tempore dira fames Gronlandiam; multi autem scire gestiebant, quanto tempore duratura esset, id autem facile se assecuturos sperabant indicio fœminæ fatidicæ, nomine Thorbiorgis, quæ per terram illam hyperno tempore convivari solebat apud eos, qui futurorum fatorumque suorum curiosi illam invitabant. Cum autem Thorkell tractus istius facile princeps haberetur, ei etiam competere videbatur, ut hoc onere in se suscepto incolarum desiderio satisfaceret. Eam igitur Thorkell ad se invitavit, honorificeque pro more excepit, quæ novem sororibus suis omnibus fatidicis sola tum supervixerat. Alta ei sedes in pulpito parata, culcitaque pluinis gallinaceis referta substrata, veniens sagæ habitus ita describitur. Pallam

cæru-

cæruleam, ligulis adstrictam (tingla mot-  
 tul vocant) ad imam usque fimbriam la-  
 pillis ornatam induebat, collum autem  
 sphaerulis vitris cinxit, capite velamen  
 ex pellibus nigris agninis felinis albis sub-  
 ductum, baculum manu, quem globus  
 ex orichalco lapillis confitus coronabar ge-  
 stabat, zonam sibi circumdedit, (Hunlandi-  
 cam vertit Thomas Barthol: verbis exem-  
 plaris, quod secutus est, ubi hundska  
 linda habetur, meum habet hniosku lin-  
 da, id quod aridam zonam denotat, nullo  
 sensu, suspicor scribendum hundskins lin-  
 da: zonam ex corio canino, talem enim  
 delectum cæterarum pellium diversitas  
 suggerit) inde vasta crumena dependebat  
 qua magicæ artis instrumenta reconde-  
 bantur, pedibus calceos ex pelle vitulina  
 villosos longis corrigiis adnexit, in qua  
 rum extremitate magni globi stannei  
 manibus chirothecas e pelle felina, intus  
 vollosas & albas gestabat. Eam omnes  
 honorifice salutabant, excepit autem salu-  
 tationes prout cuique favebat. Thorkel  
 manu ejus apprehensa, in sedem præpa-  
 ratam de duxit, oravitque, ut domum, fa-

miliam

miliar  
 templ  
 cuit.  
 puls e  
 nus ar  
 ari ex  
 cujus  
 consta  
 bant,  
 mensis  
 an pro  
 mores  
 placere  
 da essen  
 noctem  
 stridie  
 cantati  
 bita sur  
 scebat,  
 tium or  
 ctum, c  
 inventa  
 filia res  
 nec qui  
 men ed  
 carmen







(tingla mot-  
fimbriam la-  
llum autem  
ite velamen  
nis albis sub-  
vem globus  
ronabar ge-  
(Hunlandi-  
erbis exem-  
i hyndskar  
hniosku lin-  
enotat, nullo  
ndskins lin-  
talem enim  
n diversitas  
dependebat  
a reconde-  
elle vitulina  
xit, in qua  
bi stannei  
elina, intus  
am omne  
autem salu-  
Thorkel  
lem præpa-  
omum, fa-  
miliam

 atque ea propter à fratre ad necem quæ-  
 situs, cum astum ejus fortiter elusisset,  
 precibus se exorari passus est; ut patria  
 excederet; quo vero pervenerit navis il-  
 la, qua vectus erat, nemini deinde consti-  
 tit, prius quam cognitum est, illum huc  
 delatum fuisse, sed quomodo hoc conti-  
 gerit, nunquam deinceps exploratum est,  
 Partem aliquam Americæ, terram hanc  
 fuisse, venti, quævis usus est Gudleifus, na-  
 vigationis cursus & exitus reditusque in  
 Hiberniam persuadent. Sed quoniam  
 cap: VIII. prodigiorum Erodarensium  
 men-

mentio facta est, mulierisque Hæbudensis, ex qua Leifus Fortunatus filium suscepisse Libro, quem Biornus de Skardza secutus est, perperam memoratur, jamque ad eandem villam, ubi hæc accidisse memorantur, eosdem homines in quos inciderunt pervenerimus, par est ut ea ex Eyrbyggensium historia descripta, his coronidis loco apponamus.

CAP. XVII.

*De prodigiis Frodarensibus.*

**P**rimo imperii Comitum Eirici & Sveni Haconis Hladarum Comitis filiorum anno, prodigia in prædio occidentalis Islandiæ quadrantis Froda dicto hæc notata sunt, quorum causam principiaque ordine enarrabo. Inhabitabat illud vir opulentus nomine Thoroddus, cognomento Skattkaupandi seu tributorum emptor. Naufragis enim Orcadensibus ad Hiberniæ litora periclitantibus, tributaque ex Hæbudis & Mona Comiti Sigur-

Sigur  
CMI  
rum  
caden  
uxor  
rimf  
maxi  
bebat  
gunna  
tem in  
cimeli  
peregr  
cepera  
erat, c  
neque  
repend  
vel ma  
domin  
re vict  
ram se  
hospiti  
tum str  
instravi  
ibi visu  
eorum  
Thorgu

Hæbudensium  
 filium suum  
 de Skardza  
 atur, jam  
 nec accidisse  
 es in quos  
 r est ut ea  
 cripta, his

arenensi

ici & Sve-  
 nitis filio-  
 medio occi-  
 oda dicto  
 am prin-  
 habitabat  
 orodduus,  
 tributo-  
 Orcaden-  
 antibus,  
 Comiti  
 Sigur-

Sigurdo asportantibus circa annum  
 CMLXXX scapham suam parte tributo-  
 rum vendidit, ut a nobis in Historia Or-  
 cadensi cap: X. memoratum est. Hujus  
 uxor fuit Thuridis, Snorrii illius celebra-  
 rimi Curionis Helgafellensis soror, cujus  
 maxima in illa insulæ parte auctoritas ha-  
 bebatur. Hic faminam nomine Thor-  
 gunnam eadem æstate Dublino venien-  
 tem invitata ab uxore sua, illecta spe  
 cimeliorum, quæ multa magniqve pretii  
 peregrina possederat, potiundi domo re-  
 ceperat. In Hæbudis hæc mulier nata  
 erat, quinqvagenariâ id temporis major;  
 neqve tamen hospitium prætio magno  
 rependere, nec, quæ ei auro contra cara,  
 vel maximo pretio vendere, quantumvis  
 dominæ precibus fatigata sustinuit; labo-  
 re victum sed nec illo sordido redemptu-  
 ram se affirmabat. His conditionibus  
 hospitio excepta est. Lectum sibi decre-  
 tum stragulis vestibusqve tam pretiosis  
 instravit, ut nihil ejus generis pretiosius  
 ibi visum fuerit. Hac magis cupidine  
 eorum Thuridis accensa, pretium ingens  
 Thorgunnæ sed frustra obtulit, neqve  
 enim

enim se ejus, quantumvis decoræ ma-  
 tronæ, gratia humi cubituram respondit.  
 Textriles operas, quoties feno siccando  
 tempestas non affulsit, tractabat, alias  
 raistro proprio usa feno operam dedit.  
 Statura erat procera, cui crassities re-  
 spondebat, facie subfusca, oculis ma-  
 gnis, comâ etiam fuscâ promissaque, mo-  
 ribus decentibus. Erat in eadem domo  
 Thorer quidam Vidleggus, cum uxore  
 sua Thorgrima Galdrakinn seu venefica  
 gena dicta, sumptibus domini jure pro-  
 pinquitate, ut credo etiam tunc usu re-  
 cepto, sustentandus. Hæ mulieres sem-  
 per inter se dissidebant. Kiartanus juve-  
 nis maxime Thorgunnæ peregrinæ affe-  
 ctu, licet haut reciproco, placebat, an-  
 gebat ipsam se ei haut pari modo proba-  
 ri. Æstatem pluviosam, autumnus sic-  
 cus sequebatur. Sudum erat cœlum, ne-  
 nebula quidem distinctum, cum omnes  
 feno colligendo intenti, operas quisque  
 suas à domino injunctas obirent. Thor-  
 gunnæ tantum feni eo die siccandum,  
 inque manipulos congerendum deputa-  
 batur, quantum bovi per integram hye-  
 mem

decoræ ma-  
 m respondit  
 eno siccando  
 stabat, alias  
 eram dedit,  
 crassities re-  
 oculis ma-  
 ssaque, mo-  
 idem domo  
 cum uxore  
 ev venefica  
 ni jure pro-  
 unc usu re-  
 alieres sem-  
 tanus juve-  
 grinæ affe-  
 cebat, an-  
 odo proba-  
 umnus sic-  
 celum, ne  
 im omnes  
 as quisque  
 ut. Thor-  
 ccandum,  
 n deputa-  
 gram hye-  
 mem

mem pascendo sufficeret. Hora prima pomeridiana nebula ex aqvilone subito exorta, supra domum Thoroddi prædiumque Froda ferebatur. Inde tantus imber decidit, ut fænum omne, quod in manipulos congestum non erat, penetraret, cœlumque adeo obscurum redditum est, ut se operarii invicem non conspicerent, ut vero nubes præterivit, conspectum est sanguine duntaxat pluuisse. Exinde serenabat, sanguisque omnis in fænum delapsus, præterquam qui in operas Thorgunnæ, siccabatur, nec qui rastrum, quod tenuit, vestesve ejus illivit, detergi poterat. Thoroddu, quid prodigium illud denotaret, cum ab ea quæret, negabat sibi constare, tantum autumare, mortem alicujus, qui eum attingeretur. Eodem vespere domum digressa, vestibus sanguine madentibus depositis, lectum petivit, ingeminans, animadversum morbo detineri, nullum eo vespere cibum capere volebat; mane autem posterioris diei Thoroddu eam accessit, quæsitque, quid de morbi eventu

tu præfagiret. Illa non ultra morbo se laboraturam respondit, hunc enim ultimum futurum. Eum autem omnium eo prædio sapientissimum sibi videri, ideoque admonere, ut post mortem suam res à se possessas relictasque, secundum testamentum suum seu ultimam voluntatem ordinet; quod si violaretur valde verendum, ne quod conspectum esset prodigium plura sequerentur. Is autem præfagam quidem illam se agnoscere, nec mandata ejus supremamque dispositionem transgressurum pollicebatur. Funus meum respondit, Skalholtum deferri jubeo, ubi locum insulæ hujus præstantissimum longo tempore futurum auguror, spero enim ibi ministros Evangelii, qui iusta mihi sacro ritu solvant, jamjam congregatos, præmium laborum sumptuumque, quos in id impendis, de meis rebus quantum decerno, quoque contentus esse poteris, præcipies, decerpetque uxor tua pallam meam coccineam de indiviso, quod ideo sic dispono, ut æquo animo ferat, quicquid de cæteris dispono. An-

nulum

nulum  
re præ  
perizon  
nnem  
nim ul  
amen h  
am hom  
quod tot  
nea cau  
ectura  
ccesseri  
riora di  
us inten  
um die  
culo fut  
lo illatur  
cum on  
it, focur  
etur. Ic  
ofas res  
a istius  
cturam  
mixtisque  
estum p  
omata or  
raret, c

a morbo se  
 enim ulti-  
 n omnium  
 videri, id-  
 ortem suam  
 secundum  
 am volun-  
 etur valde  
 ctum esset  
 Is autem  
 oscere, nec  
 dispositio-  
 tur. Funus  
 deferri ju-  
 prastantis-  
 n auguror,  
 ngelii, qui  
 njam con-  
 umptum,  
 neis rebus  
 tentus es-  
 tque uxor  
 e indiviso,  
 vo animo  
 no. An-  
 nulum

nulum meum ædes Skalholtina sepultu-  
 ra pretium habebit; tapeta autem lecti,  
 perizomataque mea, apparatusque om-  
 nem igne comburi præcipio, neque  
 enim ulli usui futurum prævideo, neque  
 amen hæc eo animo facio, quod inviden-  
 tum hominibus res meas possidendas, sed  
 quod tot incommodis malisque homines  
 mea causa affici obruique nolim, quot  
 futura prævideo, si præscripta mea quis  
 excesserit. Thoroddus iterum promissa  
 priora dictis confirmavit. Exinde mor-  
 tus intendi cepit, qui & eam post pauco-  
 rum dierum intervallum exanimavit;  
 oculo funus impositum, postero die tem-  
 plo illatum est. Tum Thoroddus appa-  
 ratum omnem lecti foras efferi manda-  
 vit, focumque incendi, in quem conjice-  
 retur. Id videns uxor negabat tam pre-  
 ciosas res corrumpendas, neque enim ani-  
 mi istius mandata tanti esse, ut harum  
 salutem eorum metu facere velit, ad-  
 ixtisque precibus, tanta contentione  
 estum patrocinium suscepit, ut peri-  
 omata omnia, stragulaque incendio li-  
 teret, cervicalibus culcitrisque & pul-

ninaribus in ignem tantum coniectis; nec tamen uxori hac indulgentia satisfactum est, is licet nimiam impendisse ægre ferret. Funeribus deinde apparatus institutus, sandapilariiqve feretro admoti, viriqve melioris notæ ad id delecti, equi etiam, longa enim via per multa miliaria emetienda erat, lineæ vestes cadaveri impositæ, non autem affutæ fuerunt; recta per solitudines transitum est, nec memoratu dignum quicquam notatum, prius quam prædium Valbiarnarvallas superassent, ibi limus longa pluvia emaceratus impeditum iter reddidit, ægre fluvium Nordra dictum in Vado Eyenstrajecerant; erat enim fluentis, quæ recipit, longo umbre stagnantibus repletus, vixque ac ne vix quidem penetrabilis. In prædium Nes dictum, situm in tractu Statholztungis longo labore fessi, quodam vespere pervenerunt; ibi hospitium cum negaretur, nec tamen longius intendentibus se tenebris contendere sufficerent depositis oneribus, funus domui segregatum intulerunt. Ipsi triclinium ingressi, jejuni noctem transigere destinabant, domestici

conjectis;  
 nta satisfac-  
 impendisse  
 apparatus  
 tro admo-  
 id delecti,  
 per multa  
 nee vestes  
 affuta fue-  
 situm est,  
 vam nota-  
 Valbiarnar-  
 nga pluvia  
 didit, agre-  
 do Eyens-  
 , quæ reci-  
 s repletus,  
 penetrabilis  
 in tractu  
 i, quodam  
 tium cum  
 intenden-  
 officerent,  
 ui segreg-  
 essi, jeju-  
 nt, dome-  
 stici

lici cum cubitum ivissent, in penu-  
 rio audiverunt sonum quasi homi-  
 nis ambulantis; fures existimantes accur-  
 rebant, apertisque foribus, mulierem ibi  
 tatura magna, nudamque, nec ulla ex-  
 arte tectam cibum depromptem con-  
 pexerunt; territi igitur, propius acce-  
 dere non audebant, ad sandapilarios ita-  
 ve accedentes, quæ viderant, exponunt,  
 vi cum eo accurrissent, Thorgunnam  
 si, cujus funus ferebant, agnoverunt,  
 eque ejus rebus se ingerere tutum cre-  
 ebant. Hæc cum cibum pro arbitrio  
 tulisset, triclinio eum intulit, mensæ-  
 ve apponebat. Tum sandapilarii ad  
 ospitem; pænitebit forsitan te negati no-  
 s cibi, hospitalisque humanitatis. Tum  
 spes simul cum uxore, & cibum & o-  
 nia, quibus indigerent, paratissima fu-  
 ra respondit. Quo dicto Thorgunna  
 iclinio egressa, non illic amplius appa-  
 nit, hospites autem triclinium ingressi  
 vidas vestes deposuerunt, aridisque  
 mmutarunt; cibum autem, quem Thor-  
 unna apposuerat, cum signo crucis mu-

nivissent, absque hæsitacione, ulloque sui  
damno ceperunt; ibique exacta nocte,  
cæptum iter sequente die repetentes, ubi-  
cunqve pervenerunt, facti hujus famam  
circumferentes, omnia, quæ expetive-  
rant, impetrarunt, nullo quicquam eo-  
rum, quibus indigerent, denegare auso.  
Skalholtum tandem perventum est, an-  
rulusqve reliquaqve à Thorgunna depu-  
tata circumelia sacerdotibus deprompta, a-  
qve iis alacriter recepta sunt, finisque  
terræ jam consecratæ mandatum, Sanda-  
pilarliqve domum quisq; suam absque no-  
cumento feliciter pervenerunt.

In prædio Froda culina ingens stabat  
inde ingressus in cubile, lectis ex utroque  
latere clausis, constans patebat. Ista  
namqve domus more illius sæculi conti-  
nentes erant; à foribus autem culinæ do-  
munculæ duæ procedebant, singulæ  
singulis lateribus, pisces arefacti aliâ, va-  
sa autem farre referta aliâ servabantur.  
Singulis vesperis focus elixandis cibus in-  
census est, ad quem considerare solebant

prius

prius  
tem,  
focur  
magr  
per  
culina  
ter ap  
rem V  
denota  
(id qu  
esque  
dam h  
domun  
vus fo  
trum  
enim i  
enuit i  
æ hye  
tum re  
proxim  
emplun  
at; na  
octe qu  
et, opil  
advert

, ulloque sui  
 exacta nocte,  
 etentes, ubi-  
 uis famam  
 æ expetive-  
 vicquam eo-  
 negare auso.  
 um est, an-  
 gunna depu-  
 prompta, a-  
 t, finusque  
 um, Sanda-  
 absque no-  
 it.

gens stabat  
 s ex utroque  
 ebat. Ita  
 seculi conti-  
 n culinæ do-  
 , singulæ  
 eti aliâ, va-  
 servabantur  
 dis cibis in-  
 re solebant  
 prius

priusquam cænatum irent. Vespere au-  
 tem, quo Sandapilarii redibant, dum ad  
 focum sederent, in pariete culinæ luna  
 magna conspiciebatur, quæ sinistrorsum  
 per culinam movebatur, nec quoad in-  
 culina essent recessit; omnibus hæc pari-  
 ter apparuit. Thorodds hospes Thore-  
 rem Vidleggum rogavit, quid prodigium  
 denotaret? vidarmana vocari respondit  
 (id quod arborea luna explicatur) mor-  
 tesque denotare. Continuum hebdoma-  
 dam hoc ostentum tenuit, deinde opilio  
 domum regressus præter morem paucilo-  
 quus solitoque austerior in aliquid mon-  
 strum incidisse conjecturabatur, solus  
 enim incedebat, secumque loquebatur;  
 tenuit id, quoad duæ initiales septima-  
 næ hyemales excessissent, tum demum  
 tum rediisset, lectum petivit, luceque  
 proxima mortuus inventus est, deinde ad  
 templum sepultus postea vivos infesta-  
 bat; nam cum Thorer Vidleggus lecto  
 nocte quadam exsurgens, foras procede-  
 ret, opilionem præ foribus rediturus ani-  
 advertit, ingressu se interclusurum, fu-  
 gam

gam ergo intendens à persequente pasto-  
 re corripitur, magnoque casu ad foras  
 prosternitur. Inde lectum petens, male  
 affectus diu decubuit, donec moreretur  
 ad templumque sepultus est: postea opi-  
 lioni sociatus, una cum illo incedere vi-  
 sus est. Deinde domesticus quidam  
 Thoroddi, postquam tres noctes decu-  
 buisset, in fata cessit. Jam jejunium fe-  
 stum Natalitiorum Domini præcedens  
 quod à Dominica adventus initium su-  
 mit, appropinquabat, licet id tempore  
 in Islandia non celebratum, cum sex ex  
 eadem domo mortui essent; quodam ve-  
 spere acervus aridorum piscium lacerat  
 audiebatur, inspectus autem integer ap-  
 paruit. Post festum Jolense Thoroddi  
 quinque domesticis comitatus ad defe-  
 rendos domum pisces navi magna vectus  
 est: eodem autem vespere in culina Fru-  
 daensi, è pavimento phocæ caput emer-  
 gere visum est, quod cum domesticis  
 quædam vidisset, lignum quoddam cap-  
 ti ejus impegit, ad singulos autem ictus  
 magis emergebat, inque Thorgunnæ li-

ctus

ctum,  
 los co  
 crebri  
 magis  
 tendiss  
 extasi  
 metus  
 juvenis  
 ia aute  
 troque  
 verbera  
 mebatu  
 bebat,  
 tanusqu  
 pingere  
 num m  
 quenti  
 cum E  
 riit, na  
 debatur  
 bantur.  
 sent, K  
 exequial  
 tus is Jo  
 parental

vente pasto-  
 asu ad foras  
 etens, male  
 moreretur  
 postea opi-  
 incidere vi-  
 rus quidam  
 noctes decu-  
 jejunium fe-  
 præcedens  
 initium su-  
 id temporis  
 cum sex et  
 quodam ve-  
 tum lacerat  
 integer ap-  
 Thoroddu-  
 is ad dese-  
 agna vectu-  
 culina Fro-  
 apud emer-  
 domestic  
 ddam cap-  
 utem ictu-  
 rgunnæ l-  
 ctur

tum, quem perizomata operiebant, ocu-  
 los contorsit, mercenariorum autem unus  
 crebris verberibus phocam impetebat,  
 magis autem emerfit, quoad brachia ex-  
 tendisset, eodem momento mercenarius  
 extasi correptus decidit, singulos autem  
 metus ingens incessit, tandem Kiartanus  
 juvenis magnò verbere eam feriebat. Il-  
 lia autem caput quassans, oculos ultro ci-  
 troque torsit; sine intermissione deinde  
 verbera inflixit, ad singula autem depri-  
 mebatur, moribundæque speciem præ-  
 bebatur, donec prorsus suffocaretur, Kiar-  
 tanusque terram supra caput ejus com-  
 pingeret. Omnia hæc monstra Kiarta-  
 num maxime timere videbantur. Se-  
 quenti die Thoroddu cum sociis ad lo-  
 cum Enne dictum undis submersus pe-  
 riit, navisque cum piscibus ad litus alli-  
 debatur, cadavera autem non invenie-  
 bantur. Hæc cum domum nunciata es-  
 sent, Kiartanus cum matre amicos ad  
 exequiale convivium invitabat; appara-  
 tus is Jolensi festo destinatus erat, jam in  
 parentalia versus, primo convivii vespe-  
 re,

re, cum convivæ sedes quisque suas occupassent, Thoroddus cum sociis humidis singulis ad eos ingressus est. Bonum illud omen habebatur, nam convivæ hospitaliter excipi existimabantur, quoties ii, qui undis submersi essent, ad iusta sibi celebrata accederent, remanebat namque id temporis pars magna ethnicae superstitionis, licet essent Christiani, baptismique sacris initiati. Thoroddus cum suis trichinium emensus ad culinam tendebat, nullius salutione admissa; ad focum denique se omnes collocabant, domesticis singulis aufugentibus, ibi mortui hi, quoad ignis cineribus obduceretur, remanserunt, deinde excesserunt. Quolibet vespere dum convivium duraret, hæc procedebant, existimabant autem convivæ finito convivio prodigia hæc desitura: verum longe aliter evenit, nam iis abscedentibus cum domestici pro more focum accenderent, Thoroddus cum sociis ad focum confidebat, erant enim omnes uvidi, manibusque aquam vestibis exprimebant, iis autem

con-

confid  
posito  
bus,  
vestibu  
roddur  
mestici  
suis de  
runt.  
accensu  
rabant,  
se gere  
Kiartan  
structus  
va auter  
tem pro  
inquieta  
suis culi  
um pisc  
bantur,  
ibi cauda  
que con  
liens cor  
batur, a  
clamabat  
fici eam

ve suas oc-  
ociis humi-  
t. Bonum  
onvivæ ho-  
r, quoties  
ad justa fi-  
ebat nam-  
ethnicæ su-  
tiani, ba-  
Thoroddus  
d culinam  
missa; ad  
ollocabant,  
s, ibi mor-  
obducere  
ccesserunt.  
um dura-  
abant au-  
prodigia  
er evenit,  
estici pro  
horoddus  
nsidebat,  
nibusque  
is autem  
con-

confidentibus, Thorer Vidleggus ex op-  
posito cum suis sociis pulverulentis omni-  
bus, numero totidem se collocabat,  
vestibusque quassatis, pulverem in Tho-  
roddum ejusque sodales excutiebat, Do-  
mestici autem omnes eo vespere sedibus  
suis depulsi, nec luminis ullum habue-  
runt. Alia domo vespere sequente ignis  
accensus est, eo enim non venturos spe-  
rabant, verum eodem quo antea tenore  
se gerebant. Tertio vespere, auctore  
Kiartano, oblongus focus in culina in-  
structus est, ignisque succensus: in par-  
va autem domo cibaria cocta sunt; id au-  
tem profuit, neque enim domestici tunc  
inquietabantur. Thoroddus autem cum  
suis culinam occupabat. In acervo pisci-  
um pisces desquamari per noctes audie-  
bantur, ascenso igitur acervo prominens  
ibi cauda ambusta vitulinæ instar, nigra-  
que conspiciebatur, quem quidam insi-  
liens corripuit eamque ad se trahere nite-  
batur, aliosque ad idem faciendum in-  
clamabat, omnes utriusque sexus dome-  
stici eam attrahendam concurrebant, ve-  
rum

rum ne loco quidem se dimoveri patiebatur, mortuaque visa est; cum autem vires maxime intenderent, elapsa subito e manibus eorum volas eorum cute nudavit, exinde nulla istius vestigia apparuerunt, ut autem piscium a-cervum destruebant, singulos desquamatos deprehenderunt. His peractis Thorgrima Galdrakinn seu venefica gena morbo subito correpta decessit, sita autem in collegio mariti sui conspiciebatur. Et jam morbus secundo renovabatur, postquam cauda apparuit, pluresque foeminae quam mares obibant. Sex eorum morbus simul abripuit, alios autem mortui domo exigebant. Ex triginta familiaribus domesticis, qui proximo autumno vivebant, septem mense Goa (cujus pars Februario, pars Martio respondit) residui erant. Hoc rerum statu Kiartanus ad avunculum suum Snorrium Curionem profectus consilia ejus exquiri. Is sacerdotem sibi a Giffure Albo missum cum Thordo Kaufio filio suo sex aliis comitato cum Kiartano ablegavit, svasitque,

ut

ut p  
Thor  
mortu  
ri, sa  
aqvan  
absolv  
qui pr  
Virgin  
niqve  
adsciti  
coqver  
domin  
generis  
nus cu  
exemit  
suo, c  
spexit  
omnen  
orname  
Thoren  
Kaufius  
absqve  
rint, h  
sent.  
focos se

ut perizomata vestesque omnes lecti Thorgunnæ incenderent, omnes autem mortuos vivis infestos ad iudicium citari, sacerdotem autem ut sacra peragere, aquam consecrare, domesticos a peccatis absolvere dignaretur, rogavit. Vespere qui præcessit festum Purificationis Divæ Virginis in Frodam perventum est, vicinique in via collecti, inque comitarum adsciti; sub eorum adventum focus cibis coqvendis incensus erat. Thuridem villæ dominam morbus tunc invaserat ejus generis, quo reliqui perierant. Kiartanus culinam ingressus, carbones foco exemit, ibi patrem Thoroddum more suo, cum sodalitio foco assidentem perspexit, egressus lectum apparatusque omnem Thorgunnæ diruit, vestesque & ornamenta omnia igne cremavit; mox Thorerem Vidleggum, Thordus autem Kausius Thoroddum in jus vocavit, quod absque permisso alienam domum invaserint, hominesque & vita & viribus orbassent. Citabantur deinde omnes, qui ad focos sedebant; iudices deinde præ foribus

veri patie-  
um autem  
elapsa subi-  
as eorum  
istius ve-  
piscium a-  
desqvama-  
ctis Thor-  
gena mor-  
autem in  
atur. Et  
tur, post-  
ve scemi-  
ex eorum  
tem mor-  
ta famili-  
no autu-  
oa (cujus  
espondit)  
u Kiarta-  
um Curi-  
vir. Is  
missum  
aliis co-  
vasitque,  
ut

bus constituti omnisque actio ut in foro  
 judiciali instituta, testes probationesque  
 productæ, inque judicio repetitæ, sen-  
 tentiaque definitiva lata. Quo peracto  
 Thorer Vidleggius exsurgens dixit: Hic  
 permansi, quoad licuit; perque eas fores  
 egressus est, ubi iudicium constitutum  
 non erat. Mox in opilionis causa senten-  
 tia pronunciata, quam cum audivisset ex-  
 surgens dixit: Exibo nunc, credo etiam  
 oportuisse prius. Thorgrima autem Gal-  
 drakinn sententia sua audita: Sedimus  
 dum poteramus, respondit; atque hoc  
 dicto egressa est. Singuli hoc modo lite  
 pulsati sunt, postquam aliquid elocuti es-  
 sent, egrediebantur, inviti tamen; ut eo-  
 rum verba manifestabant. Postremus  
 Thoroddus prædii dominus iudicio con-  
 demnatus est, sententiæque auditâ, sur-  
 gens: Pauci, inquit, reliqui sunt; omnes  
 fugiamus. Atque ita ultimus domo  
 egressus est. Deinde Kiartanus cum re-  
 liquis domum ingressi sunt, sacerdos au-  
 tem lustrali aqua singulas domus partes  
 aspersit, sequenti que die missam ibi sacra-  
 que

que c  
 ampli  
 na e n  
 stigias  
 religio  
 articul  
 id enir  
 Eva

ut in foro  
ationesque  
etita, sen-  
vo peracto  
dixit: Hic  
e eas fores  
onstitutum  
ssa senten-  
divisset ex-  
redo etiam  
utem Gal-  
Sedimus  
atque hoc  
modo lite  
elocuti es-  
en, ut eo-  
ostremus  
icio con-  
lita, sur-  
nt; omnes  
s domo  
cum re-  
rdos au-  
s partes  
bi sacra-  
que

que celebravit, nec postea mortui illos  
amplius infestarunt, Thuridisque domi-  
na e morbo convaluit. Hic diaboli præ-  
stigias efficaciamque in iis, qui vel veræ  
religionis expertes sunt, vel minus in fidei  
articulis informati, animadvertere licet:  
id enim tale in insula illa, postquam vera  
Evangelii lux oborta cives illumi-  
navit, contigisse, nunquam  
legimus.





ADDENDA.

pag. 7.

**Q**uod verteram, solem in Vinlandia circa solstitia ad horam nonam oriri, tertiam occidere, id cur ita fecerim, reddam rationes: cum autem alia postea occurrerent, quæ mihi scrupulum circa hanc quæstionem moverant, utrasque candido Lectori perpendendas relinqvam. Postquam enim hæc Vinlandia typis impressa mihi restituta fuit, cœpi hæc iterum iterumque diligentius examinare, eò quod situs terræ cum fertilitate, quæ hic describitur, minus mihi convenire visus est, præsertim postquam versio Svedica historiæ Regum Septentrionalium Titulo Heimskringla, à Clariss: Johanne Peringskiold publicata, ad manus meas pervenit; locum enim hunc, Doctissimi Gudmundi Olavii interpretationem secutus, aliter transstulit, cum uterque, utpote interpretum regulis adstricti, verba verbis reddaturi aliter, quàm ego, eum assecuti sunt, nec tamen authoris sensum magis collinearunt, qui licet latitudinem terræ ad nullum certum

G

lineæ

lineæ æquinoctialis gradum referat, ex ortu tamen & occasu brumali haud obscure colligendum reliquit, reliquissetque accuratius, si diligentius descriptum accepisset, verbis quidem perspicuis, ut mihi videbatur, usus est, quæ editionis Svedicæ cap. CV. pag. 33 r. ita sonant: Mei-  
 „ ra var þar jafndægri enn a Grænlandi  
 „ eda Islandi, sol hafdi þar eyktarstæd, og  
 „ dagmalastæd um Skammdeigi. Horum sensum Clariss. Arngrimus Jonas Gronlandiæ suæ cap. 9. his verbis enodat: Hyems ibidem nulla, aut frigus, aut bruma, qualis in Islandia aut Gronlandia; sole in ipso solstitio hiberno horas circiter sex (sciatericis enim destituebantur) supra horizontem commorante: quem & ego longè prius, quàm illam inspexi, pariter assecutus sum, primo ex informatione (si tamen illius mentem rectè accipi) Bryniolfi Svenonii, Episcoporum Skalholtinorum ad sua usque tempora omnis ætatis doctissimi, & sine pari, ad quem à Clementissimo Domino meo, Regum optimo, FRIDERICO TERTIO ad addiscendam difficiliorum vocum phrasumque

sumq  
 tioner  
 venis  
 tus sol  
 monst  
 pretati  
 (inqui  
 aut Isla  
 spatia h  
 men c  
 vel sep  
 Nihil  
 terræ d  
 vox ey  
 vulgo  
 à merid  
 indigita  
 exporta  
 neque e  
 spatia,  
 diurno  
 ro, vert  
 occasu  
 pus Isla  
 nam in  
 nam, c

ferat, ex  
 haud ob-  
 viffetque  
 ptum ac-  
 nis, ut mi-  
 onis Sve-  
 nt: Mei-  
 rænlandi  
 arftad, og  
 Horum  
 as Gron-  
 enodat:  
 aut bru-  
 nlandia;  
 as circi-  
 ebantur)  
 quem &  
 pexi, pa-  
 formati-  
 tē acce-  
 coporum  
 tempo-  
 ne pari,  
 no meo,  
 TERTIO  
 im phra-  
 ſumque

ſumque antiquarum genuinam significa-  
 tionem, cum regiis literis Anno 1662 ju-  
 venis miſſus fui, deinde ex relatione or-  
 tus ſolis ad ejusdem occaſum, ut mox  
 monſtrabitur. Jam Peringskioldi inter-  
 pretationem excutiam. Dies quoque  
 (inquit) ibi longior, quam in Grönlandia  
 aut Islandia, quippe ſol ibi augmentorum  
 ſpatia habebat, diurnumque apparebat lu-  
 men circa jentaculi tempus (hora ſexta  
 vel ſeptima) cum breviffimus eſſet dies.  
 Nihil ex hac explicatione certi de fitu  
 terræ diſcimus. Impoſuit Peringskioldo  
 vox eykt, quæ trium horarum ſpatium  
 vulgo denotat, alio autem ſenſu horam  
 à meridie tertiam, quæ alio nomine Non,  
 indigitat. Priori ſenſu mentem authoris  
 exportaturus nihil peculiare monſtravit;  
 neque enim ſoli magis ibi augmentorum  
 ſpatia, quam alibi, competunt; nec de  
 diurno lumine, id eſt, crepuſculo maturi-  
 to, verbum hic ullum, ſed de ortu ſolis &  
 occaſu agitur; nec ut puto jentaculi tem-  
 pus Islandis ad horam ſextam vel ſepti-  
 ſimam in uſu, ſed ad horam ubique no-  
 nam, quam Dagmal appellant. Ego

verba authoris hoc modo latinè verterem:  
 Continuo ibi (in Vinlandia) brumales  
 dies, quàm in Gronlandia aut Islandia lon-  
 giores, sol ibi horam tertiam post meri-  
 diem, & nonam antemeridianam attigit:  
 hic occasus & ortus termini ita explican-  
 tur, ut si vel maximè vocabulum eykt  
 posteriori sensu ignoraretur, tamen ex  
 connexione ortus cum hora nona ante-  
 meridiana & significatione vocis Dagmal,  
 quod eam semper denotat, tum etiam ejus-  
 modi ortus relatione ad occasum, ejusque  
 connexionem cum hora tertia, facile possit  
 erui.

Hæc quoque ex antiqua partitione diei  
 naturalis inter Islandos recepta confir-  
 mantur: in octo enim partes distributa est,  
 pro mansione solis in singulis. Nattmal  
 enim appellant, dum sol ad caurum, Lag-  
 nætte, dum ad septentrionem, Otta, seu  
 Rismal, id est aurora sive surgendi tem-  
 pus, dum ad cæciam, Midur morgun, dum  
 ad evrum, Dagmal, dum ad vulturum,  
 Hadeigi, dum ad notum, Non, dum ad  
 africanum, Miduraftan, dum ad zephyrum  
 moratur.

His

His  
 tum E  
 ventu  
 iterum  
 Svedic  
 primis  
 ligenti  
 preti S  
 lis eam  
 ibique  
 animad  
 dicæ g  
 Kristin  
 cap. D  
 skulum  
 hvern r  
 deigi fir  
 nema p  
 vinna al  
 er eykt  
 pridiung  
 tvo luti  
 vertimus  
 mum qu  
 bebimus

erterem:  
brumales  
ndia lon-  
ost meri-  
n attigit:  
explican-  
um eykt  
amen ex  
na ante-  
Dagmal,  
am ejus-  
ejusque  
le possit

one diei  
confir-  
buta est,  
Nattmal  
m, Lag-  
otta, seu  
di tem-  
un, dum  
urnum,  
dum ad  
byrum

His

His confisus rationibus, Vinlandiæ si-  
tum Estotilandiae aptavi: verum cum pro-  
ventus terræ illi cælo minus convenire,  
iterum atque iterum cogitavi, versionem  
Svedicam cæpi accuratius examinare, in-  
primis in significationem verbi Eykt di-  
ligentius inquirere, suspectans eam inter-  
preti Sveco imposuisse: cumque in nul-  
lis eam lexicis, præter Gudmundi Andreae,  
ibique tantum in priore sensu notatam  
animadverterem, antiquissimum Islan-  
dicæ gentis jus Ecclesiasticum, titulo  
Kristinrettr, cæpi evolvere, ex cujus  
cap. IX verba ipsa adscribam: Ver-  
skulum hallda Laugardag enn siounda „  
hvern nonhelgan, sa er næst Drottins- „  
deigi firir, þa skal ei vinna upp frá eykt, „  
nema þat er nu man ec telia, þat a at „  
vinna allt er drottinsdag a at vinna. þa „  
er eykt er ut sudrs ætt er deilld i „  
þridiunga, og hefir Solinn geingna „  
tvo luti, enn einn ogeingin. Hæc ita „  
vertimus: Nos diem Sabbathi septi-  
mum quemque ad Nonam sacrum ha-  
bebimus, is Dominicam proximè præ-

G 3

ce;

cedit, tunc ab hora eykt non licet operari, nisi iis quæ jam referantur: tunc operandum est iis omnibus, quæ dies Dominica exposcit. Eykt vocatur, cum plaga cæli inter meridiem & occidentem in trientes distribuitur, solque duas partes confecit, tertia vero restat. Per spicuis verbis, scripseram, descriptionem Vinlandiæ hæc exposuisse, jam vero compertior relationem eam implicuisse, quam præsens locus etiam impeditiorem fecit: vox enim Non tertiam horam pomeridianam & in Islandia & olim apud Anglosaxones denotabat, quam vocem vel ab instituta Christiana religione, vel lata hac ipsa lege, omnis ætas in Norvegia probavit, hodieque ad eam diebus Saturni feriantur, quam præsens quoque locus illustrat, cum sacra à Non incipere, & ab Eykt operibus vacare præcipit; inde quidam colligere velit Non & Eykt esse synonyma, denotareque horam toties memoratam. Quantum verò ab hac sententia ipsissima ejusdem descriptio dissentiat, nemo non videt: spatium enim quo sol à meri-

meri-  
ras re-  
as co-  
tam p-  
Non i-  
tiqvif-  
stinct-  
more  
ruit c-  
temer-  
confis-  
ta por-  
merid-  
tit, di-  
horas  
Non i-  
gnifica-  
sed oct-  
qvens  
vissimu-  
quod c-  
unt, m-  
Legim-  
semper  
dum en-  
neriorun-

n] licet o-  
 am: tunc  
 quæ dies  
 atur, cum  
 occiden-  
 olque du-  
 estat. Per-  
 iptionem  
 ero com-  
 sse, quam  
 em fecit:  
 pomeri-  
 d Anglo-  
 m vel ab  
 vel lata  
 Norvegia  
 us Satur-  
 ve locus  
 re, & ab  
 nde qui-  
 sse syno-  
 s memo-  
 sententia  
 ssentiat,  
 quo sol à  
 meri-

meridie in occidentem percurrit, sex ho-  
 ras requirit, ex quibus singuli trientes du-  
 as constituunt, bes desinit in horam quar-  
 tam pomeridianam, per quam si Eykt &  
 Non intelligenda veniunt, ruit primo an-  
 tiqvissima receptissimaque horarum di-  
 stinctio, quarum singulæ canonicarum  
 more tres vulgares horas complectuntur,  
 ruit connexio cum hora Dagmal, quæ an-  
 temeridianam nonam denotat; non enim  
 consistit, solem in ipsa bruma hora quar-  
 ta pomeridiana mergi, nona verò ante-  
 meridiana emergi, quod octavæ compe-  
 tit, diemque ab ortu ad occasum in octo  
 horas extendit. Si igitur voces Eykt &  
 Non idem sunt, quartaque horam si-  
 gnificant, Dagmal certe non ad nonam,  
 sed octavam exaltandum erit, & per conse-  
 quens Vinlandia gradui 49 subjacet, bre-  
 vissimumque diem octo horis dimetitur,  
 quod certe cœlum iis, quæ ibi proveni-  
 unt, magis quam Estolandia convenit.  
 Legimus apud Romanos Nonam non  
 semper eandem recepisse significationem: inter-  
 dum enim meridiem, ut apparet ex antiqvīs Ma-  
 neriorum membranīs, significabat, at Nona horo-

logiorum supremam antiquissimis temporibus, de sole jam occidente denotabat (vid. Hofm. lexic. in voce Nona); pari modo etiam apud nos diversas à tertia pomeridiana horas significare potuit. De voce Dagmal suffragatur Gudmundus Andreas in suo lexico, per quam non ex recepto usu horam nonam, sed octavam antemeridianam intelligit, quod apprimè cum descensu solis ad quartam pomeridianam convenit; nec dubito, quin aliquam auctoritatem secutus hæc scripserit; unde verò habuerit, mihi nondum liquet: quicquid sit; laudati codicis explicatio in victam auctoritatem sibi vendicat, quæ vocem Eykt per quartam horam interpretatur, sive illa cum voce Non sive minus coincidat. Ego, ut dixi singula ingeniosi lectoris iudicio examinanda committo, atque in primis perpendendum, an ab hora tertia, id est Non, præces ad horam quartam publicæ celebratæ, inde à quarta, eykt, feriæ captæ fuerint, quò positò, singula subsistunt; terramque, quæ hodie Terre Neuve, sive Nova Terra, aut adiacens ei continens in ambitu Canadæ ad imperium Gallorum redacta est, veterem Vinlandiam agnoscimus; si verò situs locorum, qui hic describitur, accuratius cum habitu terrarum illarum conferatur, ab iis, qui eas vel incolunt, vel ex professo lustrant, non dubito, quin omnia planius intelligantur.

Lin  
adde :  
ces, ar  
ex sing  
secum d  
tæ moli

Post l  
lis histor  
Mersbur  
mo exsta

Lin. 6  
psi, com  
glæ seu F  
prete Jo  
1697. im  
ad Cap. 1  
autentico  
SStæ. T  
emplar

Pag. 8.

Lin. ante penult. post vocem replevit adde: Erant ibi agri tritici sponte feraces, arboresque quas Mausur appellant, ex singulis quædam domum, deferenda secum desumserunt, lignaque aliquot tantæ molis, ut struendo ædificio sufficerent.

Pag. 46.

Post lin. primam hæc legantur. Similis historia apud Dithmarum Episcopum Mersburgensem chronicorum libro septimo exstat.

Pag. 69.

Lin. 6. hæc adde. Postquam hæc scripti, communicata mecum est Heimskringla seu Historia Regum Septentr: interprete Joh. Peringskiold, Stockholmia 1697. impressa, reperioque à Cap. 103. ad Cap. 115. quæ in neutro exemplari autentico Kringla aut Jöfraskinna, ædis SSStæ. Trinitatis reperiuntur, sive exemplaribus Historiæ Olafi Triggvini sive aliunde desumpta,



G 5

IN-

Pag.



# I N D E X

## Rerum memorabilium,

### A.

**A**lbania sive alborum Regio, pag. 63.  
Est Irlandia magna, pag. 69. conf.  
Præfat.

Americæ primus inventor quis fuerit  
vid. Præfat.

Author in Islandiam ad Brynjolfum Sve-  
nonium missus, & quare? vid. Add.

### B.

Biarnius Herjolfinus occasionem inven-  
tæ Vinlandiæ dedit, 3.

Biarneya insula, p. 50.

Biörno Breydvikensium athleta. p. 75.  
conf. anteced.

Bremensis (Adami) de Vinlandiâ relatio  
castigata, P. 66. seqq.

Brynjolfi Svenonii laus, vid. Add. ad eum  
author missus ibid.

### C.

Centuria apud antiquos septentrionale  
qvanta, p. 50.

Columbus (Christoph.) vid. Præf.

D. Dag

Dagma

Add

Diei na

Dies in

Eikt qv

Eikt &

Eiricus

Eiricus

landia

Fidei se

Fortuna

Frisland

subjec

dum M

Frodare

German

Gudlaug

terram

mi lib

Gunnlau

cus. 6



D.

Dagmal quæ diei hora apud Islandos vid. Add.

Diei naturalis partitio apud Islandos ibid.

Dies in Vinlandia quanti. ibid.

E.

Eikt quid sit. vid. Add.

Eikt & Non an Synonyma. ibid.

Eiricus Rufus moritur. 14.

Eiricus Grönlandiæ Episcopus in Vinlandiam profectus. 71.

F.

Fidei servatæ rarum exemplum. 64.

Fortunatus (Leifus) vid. Leifus.

Frislandia an extiterit unquam Norvagis subjecta. vid. Præfat. ejus urbes secundum Mercatorem. ibid.

Frodarensia prodigia maxima 84. seqq.

G.

Germani olim australes dicti. 4.

Gudlaugus Gunnlaugi filius in ignotam terram propulsus. 72. ope senis anonymi liberatus. 74.

Gunnlaugus Monachus scriptor Historicus. 65.

H. Han-

H.

Haukus Nomophilax 64. ejus genus à Karla  
efnio deductum, Pag. 65.

Helgius & Fimbogius Vinlandiam petunt, 23.

Hellulandia inventa, 5.

Herjulfus Herjulfnesiæ Eponymus, 1.

Horæ Canonice apud Islandos quænam, vid.  
Add.

Hvitramanna land, v. Albania.

Hyeins in Vinlandia quanta, vid. Add.

I.

Jon Episcopus Saxonicus in Vinlandiâ Christi-  
anissimum propagans morte mulctatur, 71.

Irlandia magna seu Albania, 69.

Irlandia duplex, ibid.

Islandorum partitio diei naturalis, vid. Add.  
eorundem horæ canonicæ, ibid.

K.

Karlsefnii in Vinlandiam profectio, 18. cum  
Skrælingis mercatura, 20. in Islandiam redi-  
tus 28. Progenies, 29. conf. 63. iterata in  
Skrælingos profectio, 54. cum iis commercia  
56. Bellum, 57.

Kialarnes, 11. 50.

Krossanes, 3.

Kristinnretr, antiquissimum Islandorum jus Ec-  
clesiasticum, citatur & explicatur, vid. Add.

L.

Leifus de Brattahlide, 4. Heilulandiam & Mark-  
lan-

landian  
ejus in  
sum Tr  
invenit  
onem f  
Leges Nor  
lebrand

Maufr lign  
Marklandi

Non Island  
sint syno

Nova terra

Nova Fran

Otta Island

Peringskiol

gum septe

ix Grönlan

rodigia, 17.

rodigia Fro

leid, balæna

issimal quid,

tudbeckius (

Præfat,

us à Karla  
tunt, 23.

landiam invenit, 5. Fortunatus dictus 9.  
ejus in Hæbudas & inde in Norvagiam ad Ola-  
fum Tryggvinum profectio 30. Vinlandiam  
invenit, 6. In Grönlandia Christianam religi-  
onem feliciter propagat. 33.

raznam, vid.

Leges Norvegorum & Islandorum prisca de ce-  
lebrando Sabbato, vid. Add.

M.

dd.

Maufr ligni genus præciosum, 28. 32.  
Marklandia inventa. 5.

N.

diâ Christi.  
tur. 71.

Non Islandis quid! vid. Add. an Non & Eikt  
sint synonyma, ibid.

Nova terra, vid. Præf. & Add.

Nova Francia, ibid.

vid. Add.

O.

Otta Islandis quid, vid. Add.

P.

18. cum  
diam redi-  
iterata in  
ommercia

Peringskioldi (Joh.) versio Svedica historię Re-  
gum septentrionalium vid. Præf. & Add.

ix Grönlandorum qvalis, 63. 70.

rodigia, 17. 43. seq. 79. 83.

rodigia Frodarensia maxima, 84. seq.

R.

m jus Ec-  
l. Add.

Reid, balnearum maxima, 19.

Rismal quid, vid. Add.

Rudbeckius (Olaus) de diffensu scriptorum, vid.  
Præfat.

& Mark-  
lan-

S. Scia.

S.

Sciatericis destituebantur antiqvi. Add.  
 Skrælingi, Passim, illorum & Samogedarum mo-  
 res & ingenia similia vid. Præf. habitus corpo-  
 ris 55. cum Karlsefnio commercia, 20. 56.  
 iis à Karlsefnio clades illata, 57.  
 Skrælingorum Reges duo, 62.  
 Straumseyæ insula, 51.

T.

Torbiörni Vivillici genus & educatio, p. 35.  
 Thorbjörgis sagæ habitus & artes venificæ. 37.  
 Thorgunna fœmina Hæbudensis, 77. seq. ejus  
 mirabiles exsequiæ, 83.  
 Thorhallus Venator 49. ejus idololatria 52. in  
 Hiberniam propulsus ibi cum suis morte  
 mulctatur, 54.  
 Thorsteinus Eirici Rufi filius 14. ejus laboriosum  
 & irritum ad Vinlandiam iter 15. mors, 16.  
 eo mortuò prodigium. 17.  
 Thorsteini alterius Eirici Rufi filii in investi-  
 ganda Vinlandiâ irritus conatus 33. seq. in-  
 ter ejus nautas contagio exorta 43. ejus mors  
 prodigiosa, 44.  
 Thorsteinus Niger 15. seq.  
 Thorvalldus de Brattahlide Vinlandiam peti-  
 11. eam lustrat. seqq. ejus cum Skrælingi  
 conflictus 13. cædes, ibid.  
 Thorvalldus Eiricius ab unipede occisus, 61.  
 Tyker Germanus, 4.

V. Vin

V.

Finlandia inventa, pag. 5. ejus descriptio 6. seq. & 11. fertilitas ex vitibus & uvis 8. Vinlandia Christianâ religione imbuatur, 14.

Z.

eni fratres Veneti an primi Americæ inventores, vid Præfat.

EMENDANDA.

Pag. 13. lin. 7. lege effuse. Pag. 16. lin. 17. lege cum. P. 19. l. 18. ad 24. expungantur quæ parenthesi inclusa sunt. P. 20. l. 19. pro sæpe lege sepe. P. 22. l. 3. lege: quoque inusitatus ingratum illorum &c. ibid. l. 10. lege commilitonis. l. 11. lege exanimavit. P. 25. l. 15. lege capacioris. P. 28. l. 14. & 15. lege *Wasshoderbaum*. P. 31. l. 21. lege *Eyrbiggia*. P. 34. l. 10. lege quo. P. 38. l. 4. lege vitreis. ibid. l. 22. lege villosas. P. 41. l. 9. lege quæ sita. ibid. l. 21. & 22. lege omni. P. 43. l. 6. expungatur ultima linæ syllaba. ibid. l. 13. l. 14. lege: Sigridis, concomitante uxore Thorleini Eiricii. Pag. 45. l. 16. cationibus. P. 46. l. 9. lege lustralem. P. 49. l. 15. lege Thorvaldus. P. 50. l. 11. lege latæ ibid. l. 19. post vocem *Marklandiæ* punctum adde. P. 51. l. 23. lege natum. P. 53. l. 11. lege diffidiis. P. 56. l. 8. *fox pannus* commate notetur. P. 57. l. 24. lege accu-

V. Vin

accurrentes. P. 62. l. 15. lege Skrælingorum. lin.  
 20. lege lingvam. P. 63. l. 18. lege forte. l. 19.  
 lege: ullo status respectu. P. 65. l. 21. lege  
 Thordis. P. 68. l. 18. & 19. lege promontorium.  
 ibid. l. 11. lege inde. P. 69. l. 11. pro tridui lege  
 sex dierum. ib. l. 15. leg: pronepotem. ibid. l. 12.  
 post vocem disternitur adde propeqve Vin-  
 landiam eam constituunt. P. 72. l. 1. lege unâ  
 voce Flatnesi. l. 6. post vocem filium adde  
 cum fociis. P. 77. l. 22. lege.  
 pretiosis.





